


69
1 C
3

L. DOMITII BRVSONII CONTVRSINI LVCANI FACETIARVM EXEMPLORVMQ. LIBRI VII:





PRIVILEGIO PONTIFICIO CAVTVM NEQVIS INTRA SEPTEM ANNOS HOC OPVS IMPRIMAT HORRENDA GRAVIQ. MVLCTA INDICTA. NAM QVICVNQ. IACOBI MAZOCHII INIVSSV IMPRESSERIT ET ANATHEMA ERIT ET ILLI MVLCTAM PENDET.

PETRVS GRAVINA

Perſarum regis non plures arcula gemmas
    Cluſit:quam hoc uarias nobile cludit opus:
Nulla tibi ad uitam deerunt exempla legenti:
    Triſtia'q; inuenies:læta:ſeuera:iocos.
Munera Pompeius tam rara Columnius heros
    Iure habeat:Domiti pignora tanta ſui.
Ipſa ſibi placeat quantumuis docta uetuſtas:
    Noſtra ſuum retinent hoc duce ſæcla decus:



THAMYRAS

Et ſapida & ſalſa eſt omnis tua pagina Luci
    Seria dum miſces ingenioſe iocis.
Pondere liber abi lector tot millibus auctes
    Quod cœpere prius ſcrinia:pyxis habet.
Egregium fuit hoc gyro concludere parco
    Quæ lato in campo grandis aceruus erat:
At tibi pro meritis Domiti debere fatentur
    Priſcus auus:noſtri temporis:atq; nepos:



M. ANTO. CASANOVA

Et Domiti ſtudium:& generoſæ cura Columnæ
    Vtilis ingeniis omnibus eſſe ſolet
Hæc facit a culice magnum reſonare Maronem
    Arma uirum:hæc Domiti gloria magna ſui eſt.
Sed facit utilitas ſuperos ſi ſola:negabit
    Quis geminos merito me celebrare deos?

Idem alludens ad caput de Mirac.

Inter tot Domiti miracula miror amice
    Tantum unum ingenii te tacuiſſe tui.

LVCII DOMITII BRVSONII LVCANI AD RE VEREN. POMPEIVM CARDINALEM COLVMNAM MECOENATEM PRINCIPEM OPT. FACETIARVM EXEMPLORVMQVE LIBRI PRIMI PRAEFATIO.



AIVM Lucilium hominem doctum, atq; perurbanum dicere solitum legimus Mecoenas, ea quæ scriberet neq; se ab indoctissimis, neq; à doctiss. legi uelle: Quod alteri nihil intelligerent: Alteri plus fortasse q̃ ipse: Ego uero ab illo facile dissentiens mea scripta à doctissimis legi uehementer exopto. quia si quicq̃ in iis boni nacti fuerint, pleno ore laudabunt: sin mali moderatioribus utentur aculeis obtusioribusq; obelis: nam indoctissimi quique quod ꝓbandum est non modo non ꝓbant: sed etiam improbant, adunco suspendũt naso, obganniũt, mordent, atq; lancinãt ex hac una re sibi gloriam aucupantes: quamobrẽ quom mecũ ipse cogitarẽ cui meos facetiaꝝ exẽplorumq; libros essem destinaturus, ex omnibus te elegi unum tum doctissimũ, tum de bonaꝝ literaꝝ studiosis optime meritum atq; merentẽ. Non enim eos modo tua frequentia, tuaq; consuetudine dignaris: sed omneis etiam ornas muneribus, officiis & dignitate, omnes rursus te unum celebrant, conueniunt, obseruant, humanitatis studiiq; tui i illos singularis omniũq; uirtutũ quæ Regiæ appellantur fortitudinis, iustitię, felicitatis, cõstantię bñficentię liberalitatisq; testes grauissimi: Mecoenatẽ te unũ nõ solũ appellant Verum etiã sentiunt, uident, experiuntur Nam quod me ornasti plurimis muneribus quom nihil alioqui in te contulerim officii poteroꝰ ne humanitatis magnitudinisq; tuæ non esse ꝑpetuus buccinator? Sed ut me aliquãdo recipiã, nam tua uirtus transuersum agit: eo studio de facetiis exemplisq; libros congessi quod tibi fore nõ iniucundos putarẽ, legendos succisiuis horis, quibus animũ tot patrocinus defatigatũ possis aliquãtulũ reficere: Nam q̃uis in Columnẽsi familia uiri sint cõplures cõsilio rebusq; gestis nulli mortaliũ secũdi, te tamẽ unum suspiciũt, à te domus omnis penè depẽdet, in tua basi columna omnis innititur: tuũ optant i cõsulendo iudicium, tuũ in iudicando cõsilium: Sed quoniam plerosq; Theones esse audiui, qui meos labores, measq; uigilias frustra susceptas esse arbitrẽtur: quom nihil a me excussum, nihil esse dicãt elaboratũ: sed me oĩa ex aliorꝫ archetypis deprõpta collegisse, ac ueluti furacẽ in unũ locũ cõtulisse, iis Zoilis siqui sunt (nã nullos esse existimo qui reꝝ aliquã cognitionẽ sint assecuti) ꝓ aeneo muro Ciceronẽ, Vergilium Plinium Valerium, mille obiicio: Quod autem fortasse me dilacerabunt quod de re tam leuicula ut pote de facetiis scripserim, sentient defensores mei cataphractos M. Catonem illum censorium qui multoꝝ facete dicta collegit, quæ uel

istitui ἀποφθέγματα. Post hunc Domitiũ Afrũ. C. Cæsarem· qui librum unum Tyronem Ciceronis libertum qui libros treis de patroni facetiis cõposuit: e græcis Plutarchũ· atq; ut arbitror plęrosq;: cõstat. n. Bizãtios· Rhodios· Atticos huiusce rei fuisse studiosissimos· An turpe fuit Gracchis· Luciliis· Crassis· Læliis· Augusto Vespasiano Ciceroni· Philippo Regi· Demostheni· Lysiæ· Hyperidi· Demadi· cęteris q; uiris clarissimis qui in his libris commemorãtur· facetiis· dicacitate· urbanitate iocis· cauillo· & (ut ita dicam) salsitate uti? An nesciunt urbanitates facetiasq; oratori esse pnecessarias? an ignorãt Ciceronem (ut de nostris loquamur) L. Flaccum repetundarum reũ iocorum oportunitate criminibus exemptum reddidisse? quanuis si inspiciant in hisce facetiis totam moralẽ philosophiã abstrusam esse cognoscẽt. Exempla uero apposui in utrãque partem· ut contrarium cõtrario magis apparerẽt: mala quidẽ ut fugeremus· bona ut sequeremur. Quotus enim quisque est qui turpibus aliorum fœdisq; exemplis suopte ingenio non stomachetur? At quis ẽ qui optimæ actionis παράδειγμα nõ laudet modo: sed etiam nescio quo pacto siue æmulatione· siue glorię studio inflammatus amplexetur? Quicquid igitur memoratu dignum in historia humanisq; literis continetur· in his septẽ libris p uirili parte complexus sum. atq; ueluti apes quæ ex uario succorum genere mella conficiunt· ex tot authorum floribus decerpentes opus cõfecimus. Si uero quispiam admiretur quod eadem exempla sæpe repetierim· ea gratia me fecisse intelligat quod uiderem uariis capitibus conuenire: Debet igitur boni consulere· nã quicquid expetat licebit sine labore e uestigio in manibus habere. Multa pterea quæ ad institutum non uidentur accommodata ut lectori pdessem addidi· sustuli multa ut breuitati consulerem· in primisq; facetiarũ genera tacui: quę qui nosse uolet apud Ciceronem cum plęrisque in locis Tum i oratore inueniet: inueniet & apud Fabium: Sed iam opus aggrediar· ac primum de Auaritia uitiorum pestifera parẽte· uipereaq; altrice· quæ corpus animumq; uirilem (ut Crispus ait) effœminat insinuabo.

DE AVARITIA



Vidam se uidere ouum somniauerat extremæ lodicis oræ alligatū: id somniū quom ad coniectorē retulisset: responsum est thesaurum indicari: proinde eo in loco ubi somniauerat ouū uidere: foderet: ubi fodisset: reperit aurū argēto circūtectum: misitq; paululum ex argento coniectori: dissimulans inuentū aurū: cōiector uero argentum accipiēs: atq; ad ouū alludens. Nihil ne inquit de uitello?

Quom Marcus Cicero apud Damasippum cœnaret: & ille mediocri uino posito diceret: Bibite falernum hoc annorum quadraginta: subtaxans Cicero auaritiam Damasippi: Bene inquit ętatem fert: atq; ueniam dedit uino unde gloriam Damasippus aucupabatur.

Marcus Crassus ad parthicā expeditionē ꝓficiscēs: quō ex itiner Deiotarū Galatharū qui iuxta Cappadociā sunt: regē extremo iā senio cōfectū: nouā urbē ædificantē offendisset. O rex inqt qd nam negocii hoc ē? Quid quom iā duodecima diei hora tibi adsit: nouā urbem cōdere incipis? Adhæc subridēs Deiotarus: Crassiq; auaritiam subcarpēs. Tu uero inquit impator quom sis haud quaquā (ut uideꝛ uideor) matutinus (erat enim sexagenarius Crassus) in Pathos cū exercitu festinas. Seneca de moribus monstro similis est auaritia senilis. Cicero in senectute Auaritia uero senilis quid sibi uelit non intelligo: Potest esse enim quicquam absurdius: Quā quo minus uię restat: eo plus uiatici quærere?

Orœtes Persa quō de Polycrate pdēdo quo eū inimicitiæ intercessērāt: cogitaret: sciens Polycratē pecuniarū auidissimū esse. Legationē ad eū mittit: ut uelit esse fœderis socius contra Cābysem: magno auri pondere ꝓmisso: qui ut fidē dicto faceret: rogat: ut aliquem e suis fidum mittat ad thesauros uidēdos. Mittit igitur Polycrates Mæandrū scribā: cui Orœtes octo scrinia quæ saxis oppleuerat: summum uero auro strauerat: ostendit. Polycrates igitur auaritia instigante quanuis prohibentibus prodigiis: accessit: captusq; ab orœte: ac cruci suffixus est.

Attalus quom matrem uxoremq; Beronicem e medio sustulisset: paulo post tanquam facti pœnitens: squallida ueste: barba capilloq; promisso diu non prodiit: postmodum autem o missa regni administratione hortos fodere graminaq; serere cœpit: ab hoc studio: ærariæ artis fabrieę se tradidit matri deinde sepulchrū facere instituit: cui operi intentus morbum contraxit: septimaq; die decessit: ex testamento pop. romanum hæredem reliquit Aristonicus uero Eumenis Attali patrui filius ex pellice Ephesia: ueluti paternum regnum inuadit: Non latuit res Romanos: Itaq; Licinum Crassum consulem in asiam mittūt: qui intentior Attalicæ prædæ quam bello: ab Aristonico uictus: pœnas inconsultę auaritiæ sanguine luit. Lucanus usq; adeo solus ferrum mortemq; timere auri nescit amor.

Astapanis ad unum in bello cæsis: in urbe mulierum impuberumq; non minor numerus concidebat: insuccensumq; rogum sese præcipites dabāt: ne romanos

præda fierent:superuenerunt uictores Romani· ac primo conspectu parumper obstupuerunt·Deinde aurum argentumq; interfulgens auiditate humani inge nii quom raperēt ex igne uellēt·correpti sunt alii flāma Alii afflatu uaporis ābusti

S emi ramis Assyriorum regina quom uiuens sibi sepulchrum cōstruxisset·in eo inscripsit·qui regum pecuniis eguerit·demoliens monumentū quotquot uolet sumito. Darius scriptura allectus quom sepulchrum aperuisset· pecunias quidē nullas inuenit:sed in alias incidit literas dicentes . Nisi malus & pecuniarum in explebilis fores·mortuorum loculos nunquam mouisses:

Nero imperator tam perditæ fuit auaritiæ rapacitatisq;:ut nulli delegarit magistra tum:quin addiderit:Sis quid mihi opus sit.

Cesellius Bassus origine pœnus quem Neroni nunciasset specum miræ ꝓfundi tatis in agro suo reperisse·ineoq; thesauri magnam copiā & fortasse didonei esse: Nerostatum adhibita fide misit qui uelut partā ꝑdā aducherent·Dātur triremes: Interea oratores Neroni applaudebāt:dicentes:illum esse superis charum:Q uo regnante aurum tandiu occultum indicaretur:ipseq; spe inani ueteres opes inte rim consumebat· Tandē quom uentū est ad agrū dum hunc uel illū locū pro mi specus asseuerat·magnaq; effodientiū multitudo frustra cōuenisset·posita ue cordia somnisq; se falsum tunc primū admirans· pudorem & metum morte uo luntaria effugit inhiantēq; Neronem reliquit.

Timotheus musicus Q uom ab Archelao minus q̄ speraret accepisset canens sub taxabat Archelaum·dicens·At tu argentum terra genitū laudas. Succinuit illi urbanissime Archelaus Tu uero inquit postulas.

Marcus Cato iunior Martiam uxorem . Q . Hortensio amicissimo roganti tradi dit:eo mortuo illā traduxit·Is a cæsare cui cū Catone simultates erāt·auaritia his uerbis insimulatus est:Nam si indigebat inquit cur eam dimisit? si nō indigebat cur recepit? nisi uidelicet illam mulierē tanq̄ escam a principio posuisset·atq; iu uenem demisisset ut diuitem reciperet.Idem quod fecit.Cato de uxore· Tapiros facere scribit strabo.

Thrasylus cynicus quom drachmā petisset ab Antigono Asiæ rege post obitum Alexandri magni authore Iosepho·Regi inquit Antigonus hoc dare nō conue nit·Sed illo subiiciente da mihi talētum·Subdit atq; hoc Cynicum accipere nō decet· Apud Senecam corrupte Tynicus legitur:

Tyberius imperator adeo auaritiæ obnoxius fuit·ut Galliarū·Hispaniarū·Syriæq; & Greciæ principes confiscarit obleue impudensq; calumniarū genus·ut quibus dam nō aliud sit obiectum quam quod partē rei familiaris in pecunia haberent:

C.Cassius tā nefarię homo fuit auaritię ut Sillum & Calphurniū cū pugionibus occidēdi euis gr̄a deprehēsos·q̄nquagies sestertiū ab illo·ab hoc sexagies pactus

Cleomenes Anaxandridę filius dicente quodam illi·delicatus es·At (dimiserit: melius est inquit quam iniustum esse. Tu uero! pecuniarum es studiosus quan uis quę tibi satis sint paraueris.Oui.infastis Creuerunt opes & opum furiosa li

bido: Et quom possideant plurima plura petunt:

Aristonem philosophum maxime admiratū ferunt quod homines potius super uacuis fortunę bonis quam necessariis commodisq; beati essent. Scopas Thessa lus quom quispiam familiaris ab eo assequi quicquā cōtēderet: quod neq; illi ne cessarium neq; satis commodū esset Huiusmodi inquit rebus & fœlix sum & lo cuples. Pli. lib. xxxiii. Quae malum amentia est id in uita cupere quod aut seruis contigerit aut etiam ne in regibus quidem inuenerit finem? Socrates apud Pla. i litigioso ait: oportet illū qui beatus futurus ē nō solū bona hmōi possidere sed uti

Præneste quom ingenti premeretur obsidione quidā in extrema fame mu rem captū ducentis denariis maluit uendere quā ipse leniēdę famis gratia uesci: Sed auaritię pœnas statim pependit namqui emerat uixit uenditore fame extin cto: Val. Pli. dicit id factum Casilini Strabo uero ait In casilino farris modiū dra chmis. cc. uenditū uenditore extincto supstite emptore. Trāquillus uero in Gal ba ait Militem quendā in arctissima annona tritici modiū centū denariis uendi disse phibitū ob id a Galba cibos sumere nec indigēti cibo ab aliquo opē ferri

Quom Iugurtha pecunia romanos exagitasset: iussusq; tandē esset a senatu pau cis diebus Italia decedere postq̄ Roma eggressus est fertur sępe tacitus respexis se: postremo dixisse urbē uenalem & mature peritura si emptorē inuenerit.

Festiuū est Martialis epigrāma in Auarū diuitiis partis parciorē Cecilianū.

Quom tibi nō essent sex millia Ceciliane Ingēti late uectus es hexaphoro:
Postq̄ bis decies tribuit dea cęca: sinumq; Rupperūt nummi factus es eccepedes:
Quid tibi pro meritis & tantis laudibus optem? Di reddāt sellam ceciliane tibi

Diogenes cynicus quom ab auaro quodam poposcisset tardaretq; ille Ad cibū homo inquit te postulo non ad sepulchrum.

Vespasianus imperator tam indomitæ fuit auaritię ut appositis amphoris in uiis ad urinas excipiendas q̄ fullonibus uenderentur uectigal commentus sit: sed in crepitus a Tito conticuit mox uero pecuniam ex prima pensione ad nasum filii admouit sciscitans num odore offenderetur illo negante Atqui ait e lotio est:

Eiusdem Vesp. bubulcus iam senex quom post adeptū imperiū ut gratuita liber tate donaretur peteret atq; nō exoraret pueriliter exclamauit uulpem pilum mutare non mores. Seneca in puer. Auarus nisi quom moritur nil recte facit.

Martialis in sequolam post opes partas auariorem

Si dederint supi decies mihi millia centū Dicebas nō dū Sequola iustus eques
Qualiter o uiuā quā large quāq; beate Riserunt faciles & tribuere dei:
Sordidior mlto pōthęc toga penula peior Calceus ē farcta terq; quaterq; cute:
Deq; decem plures semp seruātur oliuę Explicat & cœnas unica mensa duas:
Et Veientani bibitur fex crassa rubelli Asse cicer tepidū cōstat & asse uenus:
Inius o fallax atq; inficiator eamus: Aut uiue aut decies sequola redde deis

Seneca. iiii. controuer. ex P. Syro. Desunt luxuriæ multa auaritię omnia

Vespasianus quom interrogaret quāti funus cuiusdam & pompa constaret ut ex

procuratoribus audiuit sestertium centies: exclamauit centum sibi sestertia darent ac se uel in tyberim deiicerent.

Eiusdem epigrãmatum poetę festiuum in auarum epigrãma

Cras te uictur9·cras dicis Posthũe semp Dic mihi cras istud posthũe qñ uenit?
Quã lõge cras istd ubi ẽ·aut uñ petẽdũ ẽ? Nũqd apd parthos·armẽiosq; latet
Iã cras istd hẽt Priami uel Nestoris ãnos· Cras istud q̃nti dic mihi posset emi?
Cras uiues·hodie iã uiuer̃ posthume serũ ẽ· Ille sapit q̃sqs posthume uixit heri

Iunius Bassus querente Domitia Passanii quod taxans eius sordes calceos eam ueteres diceret uendere consuesse· Non me hercules inquit hoc unquam dixi·Sed dixi emere te solere.

Aspasia Xenophontis uxor quom esset(ut muliebre ingeniũ ẽ)rerų alienarų appetens atq; inuida· Interrogata:si uicina tua melius quã tu aurũ habeat·utrũ ne illius an tuum malis? Illius inquit. Quid si uestes cęterũq; ornatũ muliebrẽ precii maioris habeat quã tu. Tuũ ne an illius malis? respondit illius. Agesis· si maiorem quam tu habeat uirum· utrum ne tuũ malis an illius? Erubuit mulier.

Ochus Artoxerxis Persarum regis filius tam inuictæ fuit auaritię· ut quom esset mos regibus Persarum ex cyri decreto:ut quoties irent in persidem singulis mulieribus singulos aureos distribuerent· nunquam accessit· immo ob uilissimæ rei parcitatem se patrię fecit extorrem.

Perseũ qui rapacitati studens magnas pecunias cumulauerat· suę ipsius opes in p̃niciẽ impulerunt· Victus enim a Paulo quom in Samothracię asilum se recepisset·essetq; a Gn.Cetauio conclusus·cũ Oroandro Cretense pactus est· ut noctu asportaretur in lembo·quem igitur aurũ argentũq; ad litus esset uectũ Oroander arte fretus cretica aurum abduxit·ipsum uero cũ liberis coniugeq; ·ac necessariis ad mare certa hora uenire iussum anticipata nauigatione reliquit.

Megadorus quom ab auaro diuite·ac timido Euclione filiam in uxorẽ uellet expetere dixissetq; certe ædepol equidẽ te ciuem sine omni mala etiam malitia semper sum ratus: & nunc arbitror·Euclio ut erat animo de auro semper sollicito· sceũ aurum ait huic olet ex Plauto in Aulularia.

Demetrius Antigoni filius·quom Megara potitus esset·omneisq; seruos ciuibus abstulisset:stilponem philosophũ uocari iussit ad eumq; conuersus: liberam uestram ait o stilpon ciuitatem reliquo(nam libertatem urbi donauerat)Recte inquit stilpon·nullum enim seruum in urbe reliquis.

Est & non in facetum Martialis epigr.in Baccharã.

Siq̃d opus fuerit scis me nõ esse rogandũ Bis nobis dicis Bacchara terq; die
Appellat rigida tristis me uoce secundus· Audis:&nescis bacchara qd sit opus
Pensio te coram petitur clareq; palamq; Audis &nescis bacchara q̃d sit opus
Esse q̃ror gelidasq; mihi·tritasq; lacernas Audis &nescis bacchara q̃d sit opus
Hoc opus est subito fias ut sydere mutus: Dicere ne possis bacchara quid sit (opus.

Est & aliud in Gallicum

H ęredē quō me pārtis tibi Gallicę quartę Per tuā iurates sacrā caputq̧ tuum
Credidimus(q̄s.n.dānat sua uota libēter) Et spē muneribus fouimus usq̧ datis
Inter quæ rari laurētem pōderis aprum Misimus Aetola de Calidone putes:
At tu cōtinuo ꝓpīūq̧ patresq̧ uocasti: Ructat adhuc aprū callida roma meū
Ipse egoq̧s credat cōuiua nec ultimus hęsi Sed nec costa data ē cauda ue missa
De quadrāte tuo q̄d spere Gallice nulla De nostro nobis uncia uenit (mihi
M idas phrygię rex quō icredibili amore auri detineret deos ꝓcatus ut q̄c (apro
quid attingeret ī aurum cōmutaretur exorauit: Sed mox quom omnia quæ ap
ponebantur ad mensam aurū fierēt: inedia miserabiliter interiit. Vt ē in fabulis
I dē Midas quom Celenū Phrygiæ oppidū hiaret: atq̧ plures domus cū morta
libus absorptæ essent monitus oraculo ut res preciosas eō coniiceret(itā enim
tellus coitura erat)nihil attulit. Vnde optime a Platone dictū Ei qui uelit esse
diues non cumulandam pecuniam: sed minuēdam cupiditatem:
M ilesii legati quom auxilii gratia Athenas uenissent: uerbaq̧ ꝓ milesiis in senatū
fecissent. Demosthenesq̧ in illos acriter respōdisset: ad eundē Demosthenem
accessisse eos clam nocte dicitur: accepisseq̧ illū pactū aurū a legatis: pollitūq̧
postridie non facturū uerbū unum: ueniens ergo in senatū lana multa collum
obuolutus: ad dicendū lacessitus: anginā se pati respōdit: Sed unus ē ꝑpo urba
ne argētaginā exclamauit esse nō anginā ex Gellio: siue Agellio: nam inter do
ctos controuersia est Agellius an Aul. Gellius dicatur.
P olymnestor Thracię rex Priami gener Polydorū Priami filium a patre cū auri
magna copia missum ad se cōfecit: sed quom Polydori mater Hecuba in Thra
ciam captiua a gręcis ducta esset Polymnestorā subspe thesauri indicandi ad se
uocato: ab aliis captiuis adiuta excæcauit. Dyctis cretensis ait Polydorum a grę
cis captum lapidibusq̧ obrutum.
L ucius Imbricus spoliante Campanos Annibale: Rusciuum filium magnis cū pe
cuniis penes Valerium Bestium eius generum deposuit: sed quom audisset ille
capuam esse ab Annibale captam adulescentem conficit: Quom uero Imbri
cus per suburbanū ambulans filii cadauer offendisset acceptum generū ut oc
cultos a se thesauros perdisceret effossis oculis cruci affixit.
O ppianicus Sassiæ fœminæ Larinaris Appuli pecuniæq; gr̄a nuptias petiit illa ab
negauit: q̄d tres oppiāicus filios hēret ex alia cōiuge: Scelestissimus ille cōfectis
filiis sassiā ducit. ex Cicerone ī orōne ꝓ Au. Cluētio. Catilinā amoris gr̄a id fecis
I n .vi. libro belli Iudaici ait Iosephus Iudęos quosdam esse cōpertos (se dicemus
eos qui aurum deuorauerant omnes iccirco Iudæi qui captiui in assyriorū ma
nus ueniebant apertis uisceribus necabantur: Ita ut una nocte ob auri spē duo
rum millium patefacta sint uiscera: fuissetq̧ sæuitum usq̧ ad unum: nisi Titus
graue edictum pronunciari iussisset ne quis eadem auderet.
I n expugnatione Solomonis templi in Hirosolymis: quom multi e Romanis
templum conscēdissent supposito igni a Iudæis aliquot cōcremati sunt. Inter

eos uero quos ignis obsederat Argorius quidam appellauit clara uoce Lucium quendam commilitonẽ contubernalẽq; Hæredem te inquit relinquo totius patrimonii mei si me exceperis. Quom autem Lucius spe prædæ læto animo accurrisset: ipse qui se in eum proiecerat uixit. L. uero pondere oppressus constratoq; lapidibus solo illisus continuo moritur hoc parit habendi libido.

Caligula impator tã auidus pecuniæ fuit ut sup imensos aureoꝝ aceruos patẽtissimo diffusus loco: & nudis pedibus spaciatus & toto corpe aliq̃diu uolutatus (est.

Galba imperator acceptã a Tarraconensibus coronã .xv. libraꝝ quom conflari i massam iussisset: treis uncias quę incõflatura euanuerãt: ab artifice exegit

Pertinax impator dimidiatas lactucas carduosq; in priuata uita conuiuis appone (bat.

C. Fabius in Africa ob crudelitatẽ auaritiãq; in p̃torio uiuus exustus est.

Valerius Flaccus ob auaritiã suisus exercitui a C. Fimbria ipsius legato occisus ẽ.

Pyrrhus Epirotarum rex Sicilia rediens: quom Locros classe pręteruceheret thesauros e templo Proserpinæ eripuit nauibusq; imposuit: postridie uero classis fœdissima tempestate laceratę omneis naueis in quibus sacra erat pecunia in litus fluctus eiecit. Italiaq; pulsus ingressus nocte argos urbem a muliercula saxo occisus est. Vide exemplum in cap. de pecunia Antiochus.

Ptolemæus quom magnam pecuniã quoquo modo cumulasset: propterq; eam se ab hoste peti nouisset deperdenda ea cogitauit: Non tulit auaritia eamq; retinuit: sed a Romanis pecunia omnis extorta est ifq; ueneno fata præuenit.

Septimuleius C. Gracchi familiaris auro repensum caput illius occisi ad opimiũ tulit plũboq; icauas capitis partes addito parricidio suo rẽ pub. ẽt circũscripsit.

Mithridates Rex Aquilio duci capto aurum in os fudit: Parthi Crasso.

In fames etiam auaritia Attici item Pausanias Perseus Patroclus quidam. Cibiotates ægypti rex: Apud æthiopes auaritia signabaf digitis sinistra cõpressis.

Alexander Macedo quom audisset Anaxarchum de mundorũ infinitate disserentem illachrymatus est: rogatusq; causam ab amicis At non inquit dignum est flere quom infiniti sint mundi dominus unius uix factus fuerim? Iuuen. Vnus non sufficit orbis Pelleo iuueni.

DE AMORE



Vid sit amor Alcesimarchus adulescẽs in Plauti cistellaria edoceat ait enim Credo ego amorem primũ apud homines carnificinam cõmentum hanc ego de me coniecturã domi facio ni foras quæ rãqui omnes homines supero atq; antideo cruciabilitatibus animi iactor crucior agitor stimulor uersor I amoris rota miser exanimor differor distrahor diripior ita nullam mentẽ animi habeo ubi sum ibi nõ sum: ubi nõ sum ibi est animus: Ita mihi ingenia sunt: quod lubet nõ lubet: nõ iam id cõtinuo: Seneca Amans ait iratus multa mentitur sibi

Eunuchus quidam quom deprehensus esset cum pellice regis Babyloniç: preſentem Apollonium rex interrogat quid de eunucho faciundũ iudicet. At ille qd nisi ut uiuat? Admiranti regi ait Omne supplicium si uiuet ob amorẽ patietur.

Memmius quidam terracinæ mulierculam deperibat: quam & riualis etiamnum largius adamabat: obortis aliquando inter illos rixis. eo iracundiæ prouectus ẽ memmius: ut largii brachiũ mordicus arripuerit. Quæ res quinque literarũ uersiculo scripta ẽ. L.L.L.M. M .i.lacerat lacertum largi mordax memmius.

Vespasianus imperator expugnatus a quadam quasi amore sui deperiret quom ꝑductæ pro concubitu sestertia quadringenta donasset. dispensatori dicenti quẽ admodũ rationibus summã uelle referri. Vrbane pro Vespasiano inqt adamatos.

Catilina quom grauiter deperiret Aureliam orestillam. esset ꝗ unum impedimentum quo minus nuptiis inter se iungerentur: filius uidelicet suus. hũc & unicum & ætate iam puberem nefarius pater ueneno sustulit

Phraates parthoꝝ rex acceptam inter cætera dona a Iulio Cęsare Thermusam uenustã mulierem primo ꝓ concubina habuit: ac mox adeo illam ardere cœpit ut suscepto ex ea filio in coniugem legitimam asciuerit: Illa ut legitimos Phraatis filios ex alia uxore regni hęreditate excluderet: suadet Phraati uti eos romã obsides destinet: Quod quom facile ab amatore uxorio ꝗ impetrasset: illis abdicatis suũ in regno nutrit. qui quom adoleuisset adiutrice matre patri insidias struit (nam ferebatur etiam cum matre coire) sed pro parricidio nefario ꝗ matris concubitu genti exosus factus ex regni potestate deiectus emoritur.

Argyrippus adolescens apud Plautum in Asinaria quom nimis misere ac non sine labore lachrymis ꝗ Philenium amicam: quacum fuerant inimicitiæ amplexus esset. Festiue Leonidas seruus Fumus est ait mulier quam amplexaris Achilles ob raptam Briseidem pręsente matre apud Home. lachrymatur:

Idem Argyrippus quom in uicem equi libano seruo se gereret: modo. xx. minas amicæ erogãdas tribueret: Festiue quom cõscendisset libanus. sic ait solẽt supbi

Phedria apud Terentiũ quom dixisset totus Parmeno tremo post (subdomari. ꝗ aspexi hanc. excipiens Parmeno ad tremorẽ ꝗ alludẽs: Animo ait bono esto accedes ad ignem hunc: calesces plus satis.

Martialis in Ruffum ob amorem delirantem

Quicqd agit Ruffus: nihil ẽ nisi Nęuia ruffo: Si gaudet: si flet: si tacet hãc loqtur
Cœnat: propinat. poscit. negat. innuit una ẽ: Næuia: si nõ sit Næuia. mutus erit:
Scriberet externa patri quom nocte salutẽ. Nęuia lux inquit: Nęuia lumẽ aue:
Hęc legit: & ridet demisso Næuia uultu: Næuia nõ una est: qd uir inepte furis?

Idem in quintum

Thaida qntus amat: quã Thaida? thaida luscã. Vnũ oculũ Thais: nõ hẽt ille duos

Quom in Plautino Curculione Phędromus amator Lænã collocuturus accederet: ac uereretur quod argentũ non ferret: diceret ꝗ. Palinuro seruo: Perã hercle: huic quid primum dicam nescio: Festiue Palinurus hem istuc ait quod mi

hi dixti.Phædromus uero quid inquit eſt?palinurus ſubdit:ut periiſſe te dicas
P iſtoclerus aduleſcens quom in Bacchidis amorem incidiſſet: dixiſſet'q; Lydo
pędagogo audiēte:Amor·uēuſtas·uenus·uoluptas gaudiū·iocus·ludus·ſermo
ſuauis ſuauiatio. Q uid tibi ait lydus cōmertii eſt cū diis dānoſiſſimis?exPlau.
D emipho quom in amoris retia incidiſſet:putaret'q; ſe eſſe aut ſaltē uideri (Bac.
uelle iuuenē quom ſenex eſſet.dixiſſet'q; Lyſimacho amico quid tibi ego ætatis
uideor?urbane lyſimachus Acheruntius inq̄t ſenex·uietus·decrepitus. Ex Plau.
C alliodorus adoleſcens quom Phœnicium meretricē deperiret·nec haberet quin
que minas quas illa petierat:cum pſeudolo loquitur auxilium expetēs his uer·
bis·Nihil'ne adiuuare me audes?Pſeudo.quid faciam tibi?Calliod.Heu. Pſeu.
Heu.Id quidem hercle ut par ſis dabo.Callio. Miſer ſum argentum nunquam
inuenio mutuum Pſeudole.Pſeu.Heu.Callio. Neq; intus nummus ullus eſt.
Pſeu.Heu.Callio.Ille abducturus eſt mulierē pſeu.Heu.ex Plauto in pſedulo.
A delphaſium quom oſtenderet ſe iratam Agaroſtocli amanti:ille'q; uocare ſeruū
milphionem:milphio ait Ecce odium meū.quid me uis?atq; ille quom dixiſſet
Cur mihi hęc irata ē?feſtiue Milphio ſubdit·cur tibi hęc irata ē?Plau.in pœnu
F eſtiuiſſima ſunt ī Plauti Pſeudolo Calliodori aduleſcētis uerba:&Pſeudoli ſerui
dixerat.n:Calliodorus qd opus ē?Calliod.ſubdit Potin aliā rē ut cures?Callio.
At.Pſeudo.Bat.Callio.crucior.Pſeu:cor dura.Callio.nō poſſū.Pſeu. fac poſſis
A puleius quom Fotidē baſiaret:ab illa hoc modo monitus ē.Heus tu ſcholaſtice
dulce& amarū guſtulū carpis·caue ne nimia mellis dulcedīe·diutinā bilis amari
B iblis fratrē Caunum adamans·ab eo contēpta·ſequuta fratrē (tudinē trahas.
ſororis con ſpectūfugientē Lyciā Cariam'q; uſq; eſt:atq; ibi in fontē cōuerſa eſt
A ſtinomē chryſæ Apollinis ſacerdotis filiā captam à gręcis lyrneſo euerſa datam
Agamemnoni quom pater repeteret:ac multis lachrymis donis'q; non potuiſ·
ſet Agamemnonem flectere ad reddendam: multa gręcis imprecatus eſt·Breq
ui'q; peſtis mira gręcorum exercitum inuāſit.
I n Pſeudulo Plautino Calliodorus amator Ballionē Lenonē īterrogat:Dic mihi
nō habes uenalē amicam tu meā Phenicium?Ball. Non edepol habeo profecto:
nam iampridem uendidi.Call:quomodo?Ball.ſine ornamentis·cum inteſtinis
oibus.Call.Meā tu amicā uēdidiſti?Ball.ualde.xx.minis?Call.xx.minis? Ball:
Vtrū uis uel quaterq̄nis minis.Call.Eo pſeudole.i.gladiū affer.pſeu.q̄d opus ē
gladio?Call.qui hunc occidam atq; me.pſeud. quin tute occidas potius·nam
hunc fames iam occiderit:pſeudolus autem ſeruus erat Calliodori.
A eſacus priami ex Alixothoe nympha filius: Hypetiem nimpham quā ardebat
dum inſequeretur:atq; illa in fuga à ſerpente icta mox occubuiſſet: in tantam
amoris·doloris'q; ueſaniam incidit:ut e ſcopulo ſe pręcipitem mari dederit·ſed
à commiſerante Tethyde in mergum conuerſus eſt:qui adhuc indignatus qđ
mori non licuerit·moriendi gratia ſe quotidie immergit.
A naxarete quom ab Iphi Cyprio miſerrime amaretur·illum'q; omnino contem

netere:ad id furoris amantē induxit:ut ad Ianuā illius Iphis se suspenderit:funeř postmodū ꝓcedente:quem ea 'e fenestra lętabūda specularet' i saxū cōmutata'ē

P anætius adulescentulo quærenti an sapiens amaturus esset: De sapiente inquit uidebimus:Mihi & tibi qui 'a sapiente longe absumus non est committendum ut incidamus in rem commotam:impotentem:alteri emancipatam: uilem sibi.

P lato de amatore dicebat Animus est suo quidē in corpe moriēs: In alieno uiuēs

V enus Gnidia 'a Praxitele sculpta tātę erat uenustatis:ut ferant amore quendā ca ptū quom delituisset noctu simulachro coh ęsisse:eius'q cupiditatis esse indicē

P iasus Pelasgoꝝ dux Larissæ filiæ quam nefarie adamabat uim intu- (maculās lit:sed mox meritas pœnas pependit: Nam quom in uini dolium pronus inspice ret:puella illius pedes tollens in dolium demisit.

N yctea quom in patris amorē incidisset ope nutricis Nyctei pris ꝓ amica supposi ta ē:cæterū re intellecta patre ad uindictā tendēte in noctuā cōuersa est

M yrrha Cynaræ cypriorum regis filia quem patrem adamaret pari'q modo pa tri pro amica supposita esset:uleiscente patre in arborem Myrrhā fuit comutata

T arentini præsidii præfectus 'a Brutiis Tarentinis dati ardens muliereulam cuius frater in Fabii exercitu militabat:ad proditionem 'a mulieris fratre tradēdum'q Tarentū pellectus ē:atq hoc modo 'a Fabio captum quo tempore ab Anniba le dictum est & Romani suum Annibalem habent.

L. Q uintius Flaminius famosam mulierem Placentiæ in cōuiuium accersit: atq ibi quem se iactaret quod acriter quæstiones exercuisset: negāte illa sequenquā uidisse securi ferientem:peruelle'q id uidere:tum Flaminius unum 'e damnatis coram adduci iubet securi'q percutit. Ouid. Q uid deceat nō uidet ullus amās Alexander Thaidis gratia & precibus Persepolim incendit.

M asinissa Numidarum rex quom uicto syphace uxorē illius Sephonisbam capti uam in conspectu adductam ob formæ uenustatem arderet: inscio Lælio ducit uxorem:sed castigatus ab illo:facti pœnitens:uenenum Sophonisbę ne in ma nus Romanorum deueniret:misit: Q uod quem aspexisset:Accipio inquit nu ptiale munus:eo'q hausto expirauit.

A raspas 'a Cyro admonitus ne cum puellis uersaretur: quia per oculos paulatim amor irrepit: respondit si semper aspiciat: non posse uinci: sed quem paulo post in amorem incidisset:atq ob pudorem confunderetur: R idens Cyrus uocato ad se Araspæ uideo inquit Araspa te & metuere me & maximo pudore detineri quiesce igitur.Ego enim scio & deos ab amore esse superatos.

I uno apud Homerum lib.iiii.Ilia. Venerem his aloquitur uerbis Da mihi nunē amorem & cupidinem quo tu mortaleis omneis immortales'q domitas. At ue nus ceston discolorem balteum'q quem circa pectus gerebat reuinctum soluit Ibi insunt amores:cupidines: illecebrę blandæ suadelæ ibi deniq omnia ama toria lenocinia:omnia ueneficia. Diotima mulier fatidica apud Platonē in amo reait amorem ex paupertate matre:& poro'abundantię deo patre ortum.

Solomon Mosaicas leges præuaricatus ob amorem ẽ:nam trecentas habens cõcubinas septuaginta uel septingentas uxores duxit, pellicum'q; alienarum gratia.illarum solemnitatibus mixtus deos alienos colebat. Anulcium id etiam fecisse ob coniugis externę amorem memoriæ proditum esse legimus.

Iason Glaucę Creontis filiæ amore captus uxorem eam expetit: ea data adeo exarsit medæa:ut comparato medicamento bituminoso in ipsis sponsalibus accenderit omnem regiam:exustos'q; esse Creontem Glaucam'q; : Iasonem uero euasisse. Cæterum medęa omneis quos susceperat ex Iasone filios prꝫter unum qui aufugerat confodit:ad herculem'q; se recepit: Iason tantis calamitatibus cõfusus quassatus'q; mortem sibi consciuit.

Paulinam mulierem Romanã pudicitia dignitate'q; pspicuam ac locupletem Saturnini coniugem Mundus nomine quidam ardebat: opulentus & ipse atq; ex equestri familia. eam quom neq; precibus nec precio posset pellicere in morbũ incidit:ita ut mortẽ expeteret:sed hũc liberta Ida refecit: Accessit enim ad Isidis sacerdotes:pecunia'q; eos corrupit ut opem omnem prꝫstare polliciti sint:& cũ primis Antistes ipse:qui assimulans se ab ægypto uenisse ab Anubi: destinatuꝫ ad portanda Paulinæ mãdata:credulam puellam decepit: eam uero rẽ Paulina non ad socias modo sed ad maritum etiam retulit: Missa est ad templum isidis cuius erat diligens cultrix Paulina 'a marito eius pudicitiæ conscio:quom ea coenasset:quiescendi'q; tempus aduenisset:'a sacerdote clauduntur portę:sublatis'q; luminibus:facto silẽtio mũdus qui intus latebat:ad Paulinã uenit: illa anubim esse reputãs,ęquo animo cõprimi passa ẽ:atq; ita mũdus nocte tota p dolũ paulina potitus est:illa autẽ mane cõsurgens Anubis ad se aduentũ nũciat. Tertio uero die mũdus seruasti mihi inqt o paulina.xx.miriadas nam tecũ integra nocte fui. At illa uahemẽti dolore correpta:protinus rem Saturnino nunciat. Saturninus Tyberio:imperator sacerdotes idam'q; in crucem iussit affigi: templũ demoliri:isidis'q; statuam in tyberim abiici:mundum uero exilio condemnauit

Ninus conspectam Semiramidẽ ardens:petit 'a Memnone illius uiro ut sibi uxorem condonet:accepturus Sosanem filiam in matrimonio: Renuenti comminatus est illi oculos ni pareret eruturum:memnones igitur amore accensus:timore'q; perculsus:laqueo uitam finiuit:Ninus'q; Semiramide potitus est.

Bubares missus 'a Megabazo cũ copiis cõtra macedonas:qm̃ legatos persaꝝ uiolassent:iãte prælium amore Amintę regis filiæ captus:omisso bello nuptias facit.

Xerxes quom Amasistis Darii filii uxorem deperiret:ut ea facilius potiretur:illius filiam Arteyntem uxorem Dario filio collocat:sed ex consuetudine in nurus amorem incidit relicta matre:potiebatur ergo Xerxes & nuru: Adactus uero 'a puella sacramento ut quicquid peteret daret:petiit illa amiculũ quod Amestris Xerxi uiro texuerat: quod quom ægre Xerxes dedisset. ueritus id quod accidit Amestris furorẽ:illa amiculũ induit. Amestris re cognita adeo excãduit: ut iras in puellæ matrẽ tanq̃ concubitus authorem cõuerterit. Accitã igit̃ 'a satellibus

Amasistis uxorem excarnificat, mammas prȩcidit, canibus'q obiicit: prȩcidit & aures, labra, linguam: excarnificatā'q domum remittit.

A rtoxerxes quom Cyrum fratrem quo'd bellum ob regnandi cupiditatem temptasset, occidisset: Astasiam illius pellicem in matrimonium accepit: Sed quom Dario filio indulgētissime regnum uiuus contra Persarum morem tradidisset, ingratus impudens'q filius Astasiā etiam à patre petiit: quam quem pater ob imprudentiam aliquando obtulisset: ac mox negaret se daturum: Sceleratus filius cum quinquaginta fratribus (erant enim Artoxerxi filii centum ac quindecim) in patris mortem coniurat: Sed deprænsus cum sociis confoditur, cōiuges quoq; omnium cum liberis: ne quod tanti sceleris uestigium extaret interfectæ sunt. Ctesipho adolescens apud Terētium patrem quem uerebatur ne ab amica abduceret: cupit ita defatigari rure ut triduo hoc perpetuo prorsus e lecto nequeat surgere.

C ōmanus rex quom Massiliensibus strueret insidias multos fortes & strenuos uiros floraliorum die hospitii iure in urbē misit: plures scirpis latentes frondibus'q tectos īduci uehiculis iubet, atq; ipse cum exercitu in proximis mōtibus delitescit: ut apertis portis noctu urbem īgrederetur: Cæterum insidias mulier quȩdam regis cognata prodidit, quæ adulterari cum grȩco adulescente solita, in amplexu iuuenis miserata formam eius: insidias aperit: Ille ad magistratum tulit: itaq; ligures cōpræhenduntur: latentes'q de scirpis protrahuntur: atq; in insidiis structis rex commanus cum septem millibus hostium cæsus est:

A ppius Claudius decemuir insano amore Verginiæ Verginii filiæ accensus dum dolos uī'q puellȩ parare intendit, occisa à patr Verginia à po. Ro. magistratu deiectus ī carcerē'q cōiectus, prius'q̄ dicta iudicii dies adesset mortē sibi cōsciuit.

S patalem amicam hæredem amator instituerat: sed ea annos duodeuiginti nata occubuit: urbaniss. Crispus O hominem inquit diuinum qui sibi indulsit:

Cato maior mortua uxore mulierculam Salonini clientis sui filiam amans ad cōcubitum quanuis grandȩuus alliciebat: quam postea ne clientelam nomen'q apatroni deturparet, uxorem duxit:

Demetrius quom nosset Cratesipolim pulchritudine celebrem, degentem Patris eius congressum uȩhementer appetere, relicto circa Megaram exercitu ad eam cum paucis proficisēs muliere potiebatur. Ea res quom hostibus cognita esset: adorti Demetrii tentoriū sepositū ab aliis, parum abfuit: quin caperēt, Sumpta enim raptim ille chlamyde fuga salutem repperit:

A eolus Tuscoꝝ rex ex Amphitheta filias sex totidē'q mares suscepit Machareus oīū ȩtate minius unā ex illis uiolauit: ex q̄ susceptus infans rē ꝑdidit, Pater filiȩ mittit ensē, q̄ accepto necē sibi ɔsciuit Paulo'q post Machareus idē fecit ut ait

P apirius uolucer ex Iulia pulchra sex filios totidē'q filias quō susce (Sostratus: pisset, natu maior Papyrius Romanus nomine Canuleiā sororē adamatā grauidā fecit, re ītellecta pr̄ ensē misit: quo usa ē ad necē romanus'q id mox pegit

Ariston Aristonimus Ephesus Demonstrati filius muliebre genus perosus Asin⁊ se immiscuit: quæ puellam honestissimam peperit: cui Onoseli nomen fuit.

Tullius stellus ob idem odium equam iniit: quæ puellam formosam peperit & Eponam appellarunt ex Agesilao .iii. rerum Italicarum.

Phedra Hyppolitum priuignum ardens conciliatricem admittit nutricem: Ille uero facinus detestatus: relictis Athenis Troezenam adiit uenationibus studẽs Sed illa amorem in odium cõuertens: literas Theseo ultro scribit quod esset ab hyppolito de concubitu sollicitata, qui impetrauit a patre Neptunno: ut emitte ret phocas: quibus exturbatis equis laniatus Hyppolitus est: Illa uero laqueo uitam finiit. Lege in capite de Nouercis

Gidica Comminii uxor priuignum deperibat: ab eo despecta. commẽtitias literas uiro destinat: comminius uocato neptunni auxilio eodem quo Hyppolitus occisus est modo, filium occidendũ exhibuit. Gidica laqueo se pensilem fecit.

Ilio capto Agamemnon domũ rediens a Clytemnestra uxore & Aegistho amãte, un a cum Cassandra occiditur: Sed orestes eorum filius apud St. ophiũ enutritus quom adoleuisset matrem Aegisthum'q̧ confodit.

Fabii Fabritiani uxor occupato in bello contra samnites uiro: Valentinum ada matredeuntem igitur Fabium obtruncant: Fabia uero fratrẽ paruum Fabritianũ piculo ereptũ educãdũ alio destinat: qui adultus matrẽ adulterũ'q̧ cõficit.

Apharetus Marpissam Eueni & Alcippe filiam amans uisam ex chorea rapuit. Pater uero fugientem insequens quom raptorem assequi non posset in lycorimam fluuium se præcipitem dedit.

Catheus adolescens quom Saliam Anii regis filiam aspiciens colludentẽardere: Romam rapuit: pater persequens quom prændere non ualeret in fluuium Pa rensium insiluit: fluuio'q̧ nomen Anienis inditum est.

Phineus pulsa Cleopatra uxore Idæam Dardani regis Scytharum filiam duxit cuius precibus filios quos ex Cleopatra susceperat flagris cæsos uiuos interram de fodiendos destinauit, Sed opportune affuere argonautæ : auxilium'q̧ filiis & Cleopatræ attulerunt occiso Phineo.

Caligula imperator Cæsoniam mulierem neq̧ facie insigni neq̧ ætate integram matrem'q̧ ex alio uiro trium filiarum: Sed luxuriæ lasciuię'q̧ perditæ & ardentius & constantius amauit: ut sæpe chlamyde pelta'q̧ & galea ornatam& iuxta adequitantem militibus ostenderit: amicis uero etiam nudam a qua potionatus amatorio medicamento est: quo in furorem uersus esse creditur.

Cephalus Pterolæ amoribus accensus e saxo leucadio in mare prosiluit: Sappho ob Phaonis: Deucalion ob Pyrrhæ amorem. Hero e turri apud Seston : Phillis ob moram Demophoontis laqueo uitam finiit.

Calypso admonita a Mercurio ne Vlyxem detineret Duri inquit inuidi'q̧ di estis præter cæteros Qui deas admiramini cum hominibus cubare : Siquando maritum sibi forte delegerint: Sic Orionẽ Aurora quem sagittis Diana confixit.

Sic Iasonem ceres quem fulmine iuppiter cōfecit ex Homer.in ody. Cęterum Diony.libro primo Iasium appellat non Iasonem.

P hedria apud Terentium in Eunuch.quom dixisset Parmenoni seruo Tu dum tempus est etiā atq; ēt cogita grauiter Parmeno Here ait quę res in se neq; cōsi liū neq; modū habet ullū eā cōsilio regere nō potes. Amare & sapere uix dis cō (ceditur

N euus in articulo pueri delectat Alceū: At est corporis macula neuus Illi tamen hoc lumen uidebatur ait Cicer.de na.deo.

A morem inquit Pli.finit in pecoris recenti corio rubeta alligata Puluerem inqua se mula uolutauerit corpori inspersum mitigare ardores amoris. Cizicę fons cu pidinis uocatur ex quo potantes amorem deponere mutianus tradit. Radicem herbæ quę centum capita dicitur alterutrius sexus similitudinem referre si ui ris contigit mares amabiliores fieri ob hoc & Phaonem Lesbium dilectum a Sappho Pli.nā quod de Hyena ait in testino mirum creditu est: ait enim Eius intestini cauerna sinistro lacerto religata siquis mulierem respiciat amatorium esse tam præsens ut illico sequatur

A spides semper cum compare uiuunt. Itaq; altera interempta incredibilis alteri ultionis cura: persequitur interfectorem unum q; cum in quantolibet populi agmine notitia quadam infestat.

B izantii umositate deliciis q; infames sunt apud scriptors: sed in eos quom Philip pus copias duceret Leo sophista obuiam illi procedit atq; ait: quid tibi est factū o imperator: quaue a nobis lacessitus iniuria in nos armatus proruis? Sed Phi lippus qm̄ inquit patria tua omnium urbiū speciosissima ē: i suos me facile amo res pellexit: Tum Leo amatores qui redamari postulant armis non crassantur neq; enim bellica: sed musica expetuntur instrumenta.

C rathis pastor sybaritanus capellam coepit amare procedente q; libidine ceu ami cam amplexabatur adhibitis crebris basiationibus oblato etiā lętiori odoratio ri q; pabulo: ut capellę anima suauius inter suauiationes oleret: nec basiis mo do sed amplexu & cubili eodem psequutus est: nō latuit res capellæ uirū hircū Zelotypia itaq; cōcitus in dormientē crathim impetū facit ac frontem capiti illi sit eo impetu ut ossibus pfractis crathis occubuerit qui et fluuio uicino nomen (dedit

DE AMICITIA



Micitię treis species Plato ponit: Naturalem: qua parentes naturę instinctu in liberos afficiuntur: aut cognati in cognatos in cæte ros q; animātes diffusa: Socialis quam sine consanguinitatis uin culo sola consuetudo conciliat cuiusmodi Piladis & Orestis: Ho spitalis qua ex comendatione uel hospitio iungimur hæc ille Ami citia ipsa nihil melius esse tum exempla indicabūt: Tum Dion de Regno qui ait soli amicitię cōtingit ut rex omniū sit utilissima atq; iucundiss

P.Rutilius quom amici cuiusdã iniuste rogatiõi obsisteret, atq; is per summã indignationẽ dixisset, quid ergo opus est mihi amicitia tua, si quæ rogo non facis? Respõdit imo quid mihi tua, si propter te aliquid in honesti facturus sim? Cicero in amicitia: Hæc igitur prima lex in amicitia sanciatur ut ab amicis honesta petamus, amicorum q; causa honesta faciamus:

Pericles Atheniensis ab amico rogatus ut pro re causa'q; eius falsum deieraret: δεῖμι ait συμπράττειν τοῖς φίλοις, ἀλλὰ μέχρι θεῶν i. Oportet me amicis accommodare: sed usq; ad aras.

Photion Atheniensis quom ab antipato rogaretur: ut iniuste quippiam faceret: Non potes inquit, ò Antipater Photione & amico & assentatore uti.

Petentibus contra samnites campanis auxilia à populo Ro. Et si magnæ parti senatus, urbs maxima opulentissimaq; Italię uberrimus ager, mari'q; ppinquus ad uarietates annonę, horreum po. Ro. fore uidebatur, tamen tanta utilitate fides antiquior fuit: ut responderit consul ex senatus authoritate, Auxilio Vos campani dignos censet senatus: sed ita uobis amicil'q; institui par est, ne qua uetustior amicitia ac societas uioletur

Lucilius Bruti familiaris quom barbaros in Brutum obnixe ruenteis cerneret: Brutum se esse assimulauit: captus'q; & ductus nimis auide ad Antonium: quom in Antonii esset conspectu, ait: M. Brutum ò Antoni nemo cœpit: absit'q;: ut ipsum quisquã capiat hostis: Sed exterritis qui adduxerant: Credo ait Antonius uos cõmilitones hũc errorẽ grauiter ferre, eludi existimantes: sed scitote uos meliorẽ prædã adeptos. Dum enim hostem quæritis, amicum mihi adducitis: Viuo quidẽ Bruto ignoro pdeos qua in re uterer: His amicis utinam magis qu'ã hostibus potiar. Quom hęc dixisset Lucilium amplexus est. Plutar. i Bruto Valerius uero Terentium uocat ut infra dicetur.

Antigono per somnia quom uisum esset campum pulchrum peragrare: aureas'q; micas serere: exiil'q; primo auream segetem oriri mox'q; nihil ibi præter delectam paleam cerni, Perturbatum ex somnio audisse quosdam: qui interpretarẽtur Mithridatem Ponti regem in Euxinum profectum esse pontum auream messem lecturum. commotus igitur hoc somnio uocatum ad se filium Demetrium iureiurando adegit, ne rem proderet, mortem'q; Mithridati apparabat: Demetrius uero Mithridatis familiarissimus quom ex sacramento rem nunciare non posset, pulsis arbitris solus cum illo relictus: cuspide teli in puluere inscripsit: Fuge Mithridates:

Philippus Macedo quem multos captiuos uenderet: indecore tunica contracta sedebat, unus è captiuis Parce inquit Philippe ut pote tui patris amico: Percõctanti'q; Philippo causam prope accedens ille inquit dicam, adductus'q; ppius dimitte ait chlamydem inferius: sic enim sedens indecore te habes: Tum Philippus Dimittite hunc inquit, nam amicus esse mihi ignorabatur:

Rosacẽ Barbarũ e Persis Athenas aiũt cũ magna auri copia uenisse Cymonil'q;

domum adiisse & ob tutelam phialas duas alteram Daricis alteram argenteis plenas obtulisse: conuersum uero ad eum Cymonē subrisisse: rogasseq barbarum utrum mercenarium ne Cymonē an amicum habere uellet: quom respondisset amicum. Abi igitur inqt. tuaq istęc tecum munera defer: Ego enim amicitia tua fretus hisce quom opus fuerit liberaliter utar. Diogenes cynicus quō pecuniis egeret ab amicis repetere non petere dicebat.

Dion Syracusanus admonitus ut caueret sibi ab Heraclide & Calippo quorum fidei plurimum credebat, respondit se malle uita excedere. Quam in metu uiolentæ mortis amicos inimicosq iuxta ponere.

Nicias quom ex itinere duo amicorum cadauera in sepulta relicta apud hostes meminisset, uniuersū agmē sistere iussit. ad hostesq misit ad cadauera repetenda, neq legem consuetudinemq ueritus est. uictoriam tacito consensu tribuere, qui corpora ad sepulturam repetere coguntur.

Scipio Aemilianus non prius e foro discedere studebat. quam aliquem sibi familiarem quouis pacto fecisset.

Chilo Lacedęmonius quempiam se nullum habere inimicum dicentem, rogauit an ullum haberet amicum.

Amicorum paria quę celebrātur a ueteribus Orestes & Pylades. quoꝝ Orestes quom incidisset in furias ob matrē Clytēnestram occisam est ductus a Piladē in Tauricam regionē ad Dianę templū: ubi Iphigenia Orestis soror degebat is quom sorore adiutrice Palladis simulachrū surripe tēptasset. cētēq regi Thoāti id nunciatū cōprænsus ad pœnas est: sed quom Pilades asseueranter assereret se esse orestē. Orestes ita ut erat se esse diceret. magnæ regi fuerunt admirationi. Damon & Pythias Pythagorei ea iuncti amicitia fuere: ut quom alteri Dionysius tyrannus diē necis destinasset. & is qui morti addictus eēt. paucos sibi dies cōmendādoꝝ suorū causa postulasset: Vas factus est alter eius sistenditur ipsi moriendum esset: si ille non reuertisset: Qui quom ad diem se recepisset, admiratus eorum fidem tyrannus. petiit ut se tertium in amicitiam ascriberent.

Achilles & Patroclus inter paria. Pelopidas & Epaminundas Scipio & Lælius. Menedemus & Asclepiades. Crates & Polemon. Nysus & Eurialus apud Vergilium. Hercules & Philoctetes Stelenus & Diomedes. Polistratus & Hipoclides philosophi eodē die nati. eodem præceptore Epicuro. eodemq tpis momento ultima senectute extincti. Tydeus & Polynices authore lactantio. Tiberius Gracchus & C. Blosius Cumanus: C. Gracchus Pomponius & Lectorius. M. Lælius & Menenius Agrippa. M. Lucullus & Volunnius. D. Brutus & Seruius. Terētius. Alexāder & Ephestio. Phocion Nicoclesq de qbus infra M. Lucullus Cassii partes secutus ab Antonio occiditur: Volūnius uero uociferans ad Antonium deductus iube me protinus imperator ad Luculli corpus adductum occidi: neq enim absumpto illo superesse debeo.

Decius Brutus quom ab antonii militibus perquireretur ad necem: Seruius Terentius ut p illo moreretur se esse Brutū cōstantissime dixit: sed tandē inuitus (uixit.

Achilles quom à Thetide matre accepisset occubiturum esse si Hectorem occidisset: sin minus i patriam rediturum & senem moriturum: audacter elegit pro Patroclo mori: ut illius mortem ulcisceretur. ex Phedro apd Pla. de amore

Menedemo & Asclepiadi Archepolis tria milia designauit: orta contentione uter ex illis secundo loco accepturus esset: neuter accepit.

In Darii sepulchro hoc erat epithaphium Amicus amicis fui: & eques & sagittator optimus: uenatores superaui: omnia facere potui.

Phocione morti destinato Nicocles eum rogauit ut prius sibi liceret haurire uene (num:

Cyrus apud Xenophontē Crœso ait: At ego dum amicos diuites reddo hos mihi thesauros esse puto: & custodes simul tum mei ipsius: tum meorum bonorum longe fideliores: quā si presidiarios milites prefecissem: Cambysi uero filio moriens ait: Non est aureū hoc sceptrum quod regnum seruet: sed amici multi sceptrum sunt regibus uerissimum: maximeq̧ securum.

Aesopus ille e Phrygia fabulator monet spem fiduciāq̧ rerum quas efficere quis per se posset haudquaquā in aliis collocandā. Auicula inqt parua Cassita quę in segetibus nidulatur: flauescentibus frumentis cibum pullis plumantibus iecrat quæsitum: eos indiscessu monet: ut siquid noui rei fieret diceretur'q̧ aiad uerterent id'q̧ sibi ubi rediisset renunciarent: Dominus forte segetum adulescētem filium uocat. En uide ait has maturuisse: falcem'q̧ postularet Proinde cras stino diluculo amicos adeas: roga ueniant: operā'q̧ mutuam dent: Paret patri filius: ubi uero redit Cassita: pulli trepiduli circūstrepentes orare matrē ut alio asportet: rem'q̧ aperiūt. Mater iubet eos ociosos esse: Die postero mater ad pabulum uolat: Dominus quos rogari iusserat opperitur: nihil fit: amici nulli ueniunt Tum ille ad filium qui redierat: quin potius affines cognatos'q̧ nostros adi: ora ut adsint cras tempori ad metendū. Itidem hoc pulli pauefacti matri nūciāt: mater hortatur ut tunc quoq̧ sine metu sint: affines nullos esse tam obsequibiles: ut ad laborem capessendū nihil cunctentur. Vos modo aduertite: si modo quid denuo dicetur. Postridie ad pastum profecta affines & cognati operam quā præstare polliciti sunt supersederūt: Tandē dominus filio ualeāt inqt amici cum propinquis: afferes prima luce falces duas unam egomet mihi: tu capies alteram & segetem cras nostris metemus manibus. Id ubi ex pullis dñm dixisse Cassita audiuit: Tempus est inquit abeundi: atq̧ ita nidū transtulit. Q. Ennius in satyris apologum his transtulit uersib. Hoc erit argumentum tibi semper in promptu situm: ne quid expectes amicos quod tu per te agere possis

Martialis conqueritur de amico.

Pallada ne Cilicū timeāt pomaria brumā Mordeat & tenerū fortiter aura ne(mus
Hibernis obiecta notis specularia puros Admittūt soles & sine fece diē(
At mihi celladatur nō tota clausa fenestra In qua nec boreas ipse manere uelit

Sic habitare iubes ueterẽ crudelis amicũ? Arboris ergo tuę tutior hospes ero
P ublius Syrus Ita inquit amicum habeas:ut posse fieri hunc inimicum putes:
Chilon hoc fini ames:tanquã forte fortuna osurus:hac itidem tenus oderis tã quam fortasse amaturus:
B ion Boristhenites dicere solebat:Amicos qualescũq; debere seruari:ne uideã mur uel malis uti:uel deuitare bonos:Seneca lib.de moribus Honestius est quom iudicaueris amare:q̃ quõ amaueris iudicare.Idẽ ẽt dicebat Theophrastus Cice.i libde petitione consulatus:Illud teneto neruos atq; artus esse sapiẽtiæ nõ temere credere & quom tuorũ amicorũ studia constitueris:tum etiã obtrectato rum atq; aduersariorum rationes & genera cognoscito:
Maiores amicitias renunciabãt siquãdo in amicos uolebãt ãnimaduertere Germã nicus Pisoni amicitiã renũciauit:quod ueneficiis ab eo impugnaretur.T.Q uin tius Crispinus lacessitus a Badio hospite cãpano renũciauit hospitiũ ãte'q̃ dimi (catet
A ndroclidas lacon rogatus quomõ quis maxime hominibus placere pos sit:si quom ipsis inquit quã suauissime conuersetur:ac utilissima afferat
A ristoteles rogatus q̃les erga amicos eẽ debeamus:Q uales inq̃t eos ergã nos ẽẽ
N amertes sparciata quom rogaretur quomõ quis experietur amicos (optamus:
se multos habere.Aduersa inquit fortuna:Oui. quom fueris foelix multos nu merabis amicos Tempora si fuerint nubila:solus eris. Fugientẽ Clodii furorẽ Ciceronem Vibius eius familiaris domum non admisit:Idem Cicero quom ad Pompeium in albano degentem confugisset:per posticum uillæ egressus pom peius abiit.Seneca in moralibus Amicos secundæ res parant: Aduersæ certissi me probant:Idem ad Lucil. Negotiatio ẽ amicitia quæ ad commodum accedit
C amillus accusatus a L.Apuleio quom ad amicos confugisset auxilium ex petẽs responderunt nullum auxilium illi eos posse præstare.
D emetrius Phalereus Amicos dicebat secundis in rebus adesse aduocatos oportẽ re.In calamitatibus autem sua sponte atq; non uocatos:
L acon quidam pridie ab hospite declinatus:postridie lectis stratisq; conductis li beraliter exceptus:strata ipsa conscendit:ac cõculcare cœpit dicens. Propter hæc heri ne in palea quidem dormiui.
A ristippus Cyrenaicus Dionysium quom pro amico oraret:abeoq; repelleret ur:ad pedes eius corruit:Id quom uitio a quopiam illi daretur. Non ego inq̃t in culpa sum:sed Dionysius qui aures habet in pedibus:
A lexander Macedo quom ad Ilium uenisset:Achillisq; statuam coronis ornatã reddidisset:foelicẽ illum appellauit:Q uod uiuo quidem tam fidum amicum mortuo autem tam magnum contigit habuisse præconem.
T yberio Graccho & C.Claudio collegis quom Põpilius tribunus ple.diẽ dixisset atq; Claudius dãnandus.Gracchus uero liberandus uideretur:clara uoce into nuit Iurauit q; nisi pariter de coll:ga iudicarent:futurum in exilio illi socium.
C rasso lautanti in iuuenta Iubius duas ancillas in speluncam in qua latebat attul

lit octo mensibus illic pauit.

D euoti inter se apud Gallos quos soldurios appellant omnibus in uita commodis una fruuntur: Siquid aduersi accidat: aut eundem casum una ferunt: aut sibi mortem consciscunt. Neq; adhuc hominū memoria repertum est quisquam qui eo interfecto cuius se amicitię deuouisset mori recusaret. Catilinā apud Salust. ait sociis: Idem uelle & idem nolle ea res demum firma amicitia est.

D iogenes cynicus rogatus quemadmodum amicis uteretur Dionysius: ut uasculis ait. dum plena euacuat. & abiicit uacua.

A ugustus amicitias non facile admisit: sed admissas constantissime retinuit.

H adrianus Antoniusq; Pius amicorum studiosissimi fuerunt. Agesilaus amicis mitissimū: Inimicis terribilem se præstabat: In Hipparchi monumēto scriptum extat: Ne amicum decipias. ex Socrate apud Pla.

A pud Scythas is habetur ditissimus. qui optimos habeat amicos: Hispani p iis quos amant morti se deuouent:

Martialis in auarū amicū ita iocatur.

C edere de nostris nulli te dicis amicis. Sed sit ut hoc uerē qd rego crispe facis?
Mutua quō peterē sestetia qnq; negasti. Nō capet numos quō grauis area tuos
Q ñ fabæ nobis modiū farris ue dedisti Q uō tua niliacus rura colonus aret?
Q ñ breuis gelidę missa ē toga tpe brumę? Argēti qñ missa selibra mihi ē?
Nil aliud uideo quo te credamus amicū Q uā qd me corā pedere Crispe soles

Et aliud Epigramma in Candidum (q; lonas

C ādide κοινὰ φίλων hęc sūt tua cādide πάντα Q uę tu magniloquus nocte die
Te lacedęmonio uelat toga lota Galeso. Vel quā seposito de grege parma dedit
Et mea quę passa ē furiosi cornua tauri Noluerit dici quā pila prima suam
Misit Agenoreas Cadmi tibi terra lacernas Nō uēdes nūmis coccina nra tribus
T u libycos Indis suspēdis dētibus orbes Fulcitur testa fagina mensa mihi
Immodici tibi flaua tegūt chrysēdeta mulli Cōcolor in nra gāmarę lāce rubes
Grex tuus iliaco poterat certare cynedo At mihi succurrit pgāimede manus
Ex opibus tātis ueteri fidoq; sodali Das nil & dicis Candide κοινὰ φίλων

H erodes Antonii partes sequutus: Victo Antonio Octauium adiit: fatetur q; amicitiæ gratia Antonium non deseruisse: nec deserturum si Cleopatram e medio abstulisset: Nunc uero ait ad te uenio spē salutis de uirtute præsumens: Ad hęc Octauius immo uero saluus esto inquit: & nunc regnato certius: Nam meritus es qui plurimos regas. que m amicitiam tanta fide tuearis.

Moles legibus sanxit ut nihil apud amicos cęlaretur nō enim inquit amicitię sunt apud eum cui omnia non creduntur.

C apto Delphino a Rege Cariæ alligato q; in portu ingens reliquorum conuenit multitudo moestitia quadam que posset intelligi miserationem petens: donec dimitti rex eum iussit: conspecti q; etiam sunt Delphini defunctum portantes ne laceraretur a beluis

DE ADVLTERIO


Dulterium quod honestę uitę labem affert, Animũ corpusq; inficit fugiendum esse propter illud saltem: quòd neq; cuiquam tutum neq; tectum quidem esse possit. sed iam exẽpla subnectam.
Hercules quom ad Euenum fluuiũ uenisset, eumq; quia excreuisset non posset tranare: Deianiram uxorẽ transuectandã Nesso centauro commisit. At ille in altera fluminis parte expositæ quõ uim uellet inferre ab hercule sagittis confoditur.

Seruilia M. Bruti mater quom preciosum ære paruo fundũ a Cęsare dictator bona ciuium hastæ subiiciente comparasset, non effugit Ciceronis scomma, siquidem ait quo melius emptum sciatis comparauit Seruilia hunc fundum Tertia deducta (filia autem seruilię erat Iunia tertia, eadem q; Cassii uxor lasciuiẽte dictatore tam in matre quàm in filia.)

Faustus Sylle filius quom soror eius eodem tempore duos mœchos haberet, Fuluium Fullonis filium & Pomponium cognomine maculam. Miror inquit sororem meam habere maculam, quom fullonem habeat.

Geradas lacedęmonius ab hospite quem susceperat rogatus qua pœna mulctarẽtur apđ Lacedæmonios adulteri, negauit ullos esse Lacedemone adulteros. At instans ille Quid si existerent? Taurũ inqt Geradas maximũ pẽderẽt, qui pđ ucto ultra Taigetũ mõtẽ capite biberet ex eurota: quõq; hospes ridẽs dixisset, Et unde taurus tãingẽs? Lacedemonius subdit & un̄ apđ lacedemonios adulter?

Thales Milesius dicenti adultero an iuraret se minime fuisse adulterum: Non est ait periurium adulterio deterius

Lais Corinthia ob uenustatẽ formæq; elegantiam grandẽ pecuniam demerebat conuentusq; ad eam diuitum ex omni gręcia ferme celebres erant, Poscebat autem nimium: Vnde ortum prouerbium οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς κόρινθον ἐσθ᾽ ὁ πλοῦς i. non cuiuscunque hominis est Corinthum petere. Ad hanc Demosthenes clãculum adit & ut sui copiam faciat, petit, at Lais μυρίας δραχμὰς i. decẽ drachmarum millia poposcit Tali mulieris petulantia atq; pecuniæ magnitudine ictus expauidusq; Demosthenes auertit: & discendens ait: οὐκ ὠνοῦμαι μυρίων δραχμῶν μεταμέλειαν i. non emo decem drachmarum millibus pœnitudinem.

Minthe Plutonis pellex à Proserpina zelotypa dolo circũuẽta i mentã herbã cõuertitur.

Cercyon Alopẽ filiã quæ cũ Neptũno concubuerat. iugulauit. Cæterum Neptũnus cancerum marinum in eum immisit a quo morsus interiit.

Domitianus imperator Corneliam uirginẽ uestalem: absolutam olim, dein longo interuallo repetitam atq; conuictam defodi uiuam de more imperauit, stupratoresq; uirgis incomitio ad necem cædi

Augustus Iuliam adulteriis famosissimam relegauit: Sed quom una ex conscĩis liberta Fede nuncupata suspẽdio uitã finisset: Maluisse se ait Fedes patrẽ fuisse.

Claudius imperator adulteriis infamem mouit, ut aut parcius statulæ indulge

ret aut certe cautius, addiditq́: Quare ego scio quam amicam habeas? Oub Cytherea gaudet sua furta taceri.

Tereus pandionis gener quom philomelę sorori Prognes uxoris suę uim attulisset, linguamq́ ne facinus proderet excidisset, & occisum Itym filium comedit ab uxore appositum. & ipse in upupam conuersus est: res est fabulis notissima.

Diocles Pisistrati Atheniensiū tyranni filius p̄ uim stuprata uirgine à fratre puellæ interficitur: cuius frater Hippias quom interfectorem cōprændisset, ac per tormenta conscios cędis nominare cogeret, omneis tyranni amicos insimulauit. Quibus interfectis quęrenti tyranno an adhuc aliqui conscii essent, Nemo inquit superest quem amplius mori gestiam qu'am ipsum tyrannum.

Agas cyrenarum rex ātequa'm moreretur: Beronicem unicam filiam ad finienda cum Ptolemæo fratre certamina filio eius despondet: Arsinoe uirginis mater misit ad arcessendū è Macedonia Demetriū regis Antigoni fratrem: & qui ex filia ptolemęi procreatus esset ut illi Beronicem cum cyrenaæ regno desponderet: Venit Demetrius Socrusq́ amore corripitur: & socrus illius: quæ res infensum illum & puellę & militibus reddidit. Comparātur itaq́ insidiæ Demetrio qui quom ex fuga in socrus lectum concessisset, percussores immittuntur, protectum'q́ socrus aliquantisper corpore occidunt.

Cyanippus Syracusanus quom cæteris dis præter quàm Baccho sacrificasset, in ebrietatem ab illo impulsus: occurrentem in tenebris Cyanem filiam inuitam uiolat Ea uero ut uiolatorem cognosceret, annulum surripuit: In pestilentia uero urbis Syracusarum quom oraculum cecinisset impietatis authorem immolari, ignorantibus cunctis oraculum, conscia rerum Cyane, tractum capillis patrem mactauit: se'q́ super iniecit.

Arruntius quia in Romanis Bacchanalibus deum contempserat in ebrietatem lapsus filiam Medulinam corrupit in tenebris ea ex ānulo cognouit patrem fuisse. Itaq́ intellecto scelere patrem inebriat coronatū'q́ ad fulguris aram ducit Ibi'q́ fusis uirginitatis lachrymis insidiatorem mactauit

Valeria tusculana ob iram ueneris patrem ardens: rem nutrici nunciat, pro'q́ amica supponitur, re cognita à patre, nutrix se præcipitat, filia fugiens Syluanum peperit: pater se dedit in præceps. par exemplum Cynarę est in capite de amore.

Psamathe Argiuorum regis filia quom filium ex Apolline suscepisset ex patris iussu sibi mortem consciuit

Anchemolus nouercam incestauit, occisus ab Aenea. Vergi. lib. x. Hinc Sthenelum petit & Rheti de gēte uetusta Anchemolū thalamos ausum incestare nouercę.

Cilix quidam, quom uxoris filiam ex altero uiro susceptam stuprasset, deprensus ab uxore est Cæterum puellæ mater ambos oculos eruit: marito unum.

Extincto Vria quom Dauid Betsabeem illius uxorē assumpsisset, ea'q́ res deo esset nimium molesta, Natham prophetam Dauidi misit quem moneret suo nomine: ut illam dimitteret: Sed nō ausus Natham & Regi & amatori rem prim

cipio aperto aperire insinuatione usus est. Duo inquit uiri in una degebant ci uitate: Quorum alter erat perdiues duosque iumētorum boum ouiumque greges possidebat: Alter pauperculus unam tantum habebat agnam quam cum filiis educabat: qua cum cibis etiam cōmuniter uescebatur: Quom & hospes esset a diuite susceptus: noluit diues de suis pecudibus quicquam occidere pro hos pitali cœna: Sed agnam pauperis occisam peregrino ministrauit: Hanc rem Da uid magnopere accusabat dicebatque illum esse omni dignū mulcta: qui paupe ris agnam confoderit Natham cum pronunciauit esse qui similia committeret.

M Tullius Cicero expbāte ignobilitatē Metello: q male i matre audiebat ac dicē te Quis tibi pater ē? Scōmatice Hoc respōsum inqt mater tua difficilius efficit

G alba in conuiuiis luxuriosissimus quom in causa L. Scribonii tribuni plebis ferret familiares suos libo que adulteriis inquinatus ei cōbibitiones concænatio nesque exprobās dixisset. Quando tandē Galba de triclinio tuo exibis? Galba retundens quom tu inquit de cubiculo alieno.

Festiuum Marcialis epigramma in Galli uxorem.

Gētibus in libycis uxor tua galle male audit Immodicę fœdo crimine auaritię
Sed mera narrātur mendacia nō solet illa Accipere oīno: qd solet ergo? dare

V rbinia Vestalis adulterio depręhensa uirgis per urbem cæsa uiua demore defos sa est Ex adulteris uero alter se ipsum confodit: Alterum sacrorum inspectores in foro afflictum necauerunt: Illud non omittendum ob Vrbiniam quę corru pta sacrificabat morbum qui pestilens dictus est Romam inuasisse: Grauidæ enim partus mortuos edentes una moriebantur.

Homerus in Odyss. Vulcanum ait admodū claudū quom illi uirs non suppeterēt ad ulciscendum Martis Venerisque uxoris adulterium: cathenulis ferreis adamā tinisque lectū circuncinxisse atque in cōcubitu tutos deprędisse. Exemplo admo nemur nullo pacto adulterū esse tutū. Quid. n. marte pugnacius? qd Vulcano

P ontidius interrogatus aquodā qualem existimat et qui in adulterio (debilius? deprahenderetur Festiue tardum respondit. Salustius domum paternam uen didit ut se adulteriis redimeret.

C icero in Pletorium Fontei accusatorem uafre inuectus est. Pletorii mater male audiebat de adulterio. Pletorii matrē inqt dum uiuebat: l u dū: postq̄mo rtua est magistros habuisse: Allusit ad uerbum uixit: Ad infames enim fœminas dū uixit dicebāt: Dido Vergiliana uixi ait: & quem dederat cursum fortuna peregi

D emosthenes Demadi oratori dicenti sus mineruam: per scomma adulterium De madi exprobans At ista Minerua inquit nuper in adulterio deprahensa est.

I dem Demosthenes aduersus quēdam Phæreum nomine de stupro supectum quom Phęreus Demostheni uigilias lucubrationesque obiiceret: Scio inquit ti bi molestum fuisse quod lucernam per noctem habuerim:

I ulius Cæsar e libertis sibi charissimū ob adulteratā equitis Ro. uxorē q̄uis nul lo q̄rente capitali pœna affecit. Idē fecisse Augustū i Proculū libertū legimus

Opilius Macrinus imperator adulterii reos semper uiuos simul incēdit iunctis corporibus. Aurelianus imperator militē qui adulteriū cū hospitis uxore cōmiserat ita puniuit: ut duarū arborum capita flecteret quas ad pedes militis deligaret: easdemq́ subito dimitteret: ut scissus ille utrinq́ penderet.

Apud Germanos adulteram accisis crinibus nudatam coram propinquis expellit domo maritus ac p omnem uicum uerberibus agit: Publicatæq́ nulla uenia ē non forma non ętate non opibus maritum inuenit: ex Tacito

Apud ægyptios qui mulierē liberā uiolasset uirilibus priuabatur: Quoniā uno crimine tria nec parua scelera cōplexus esset. Iniuriam corruptelam liberorum confusionem. In adulterio spontaneo depræhensus uirgis ad mille plagas cædebatur Mulier naso mutilabatur. In legibus Mosaicis adulteri femore dextro diliūcto uteroq́ putrefacto moriebantur. Quod si maritus Zelotypus uolebat uxorem experiri: mulieres ad ianuas quæ essent conuersæ ad templū constituebantur ab aliquo sacerdote: qui uelamen capiti detrahens superscribi in mēbrana dei uocabulum iubebat ipsamq́ iurare nihil uiro nocuisse: Perfecto iure iurando nomen dei diluens e membrana in phialam exprimebat sumensq́ terram de templo circa parietem iacentem & superspargens mulieri dabat bibendam: Illa uero siquidem iniuste accusata erat concipiebat partusq́ eius nutriebatur in utero: si autem de toro maritali mentiebatur: femur eius putrescebat uēterq́ in hydropem uertebatur. Qui puellam corruperit aliī desponsatam cum ea moriatur si uirginem eam ducat uxorem si puellæ nō placet soluat patri puellæ adulter quinquaginta siclos ꝑ iniuria: ex iisdē legibus. Apud Trogloditas uxores omnes pręterq̄ tyranni sunt communes. Siquis uero Tyranni uxorem corruperit oue mulctatur. Apud Parthos nullū delictū adulterio grauius uindicatur quō alioqui ex dulcedine uarię libidinis uxores plures habeāt

Placiadæ raphanis in adulteros depræhensos apud quos magna est copia ludibrii causa utebantur impactis in pudendas corporis partes raphanis.

Lata lege ut de lentulo Cethego aliisq́ cum Catilina coniuratis supplicium sumeretur Cæsar D. Syllano metum incussit adeo ut sententiam lenierit: Cato super ea re orationem habuit uicitq́ tandem Catonis sententia: sed eadem hora allatæ sunt literæ Cæsari quas quom recitandas esse publice Cato diceret (augurabatur enim ab aliquo coniuratorū missas) illas Catoni legēdas Cæsar dedit: sed hæ erant exscriptæ à Seruilia sorore Catonis nimis impudice: Nas iterum Cato reddidit Cæsari: Accipe inquit ebrie.

Supplicii genere quod paratilmos dicebatur afficiebantur olim adulteri pauperes: iis. n. sedes expilabatur Immittebatur præterea in sedem Raphanus ut dictum est & Mugil ut Iuu. ait saty. io. Catull. Ah tum te miserū maliq́ fati quē attractis pedibus patente porta percurrent mugilesq́ Raphaniq́.

DE AVLICORVM OFFICIIS


Vi in aliena quadra uicturi sunt his exemplis admoneantur qua les debeant se sub alieno imperio contictu'q; gerere.
Oppido quam lepida fuit aulici cuiusdam ratio. Aulicum enim quedā iniuriaꝝ palatinaꝝ patiētissimū in cultu regū consenuisse scribit Seneca li.ii.de Ira. Q uom'q; ab aliquo rogaret quō rarissimā rē i aula cōsequutus esset. Iniurias inq accipiēdo & grās agēdo
P tolemæus rex Arati uirtutem admiratus ad se illum allexit decreuit'q; in omni bus uti adulescente. Oborta est aliis inuidia ita ut criminatum Aratū regi om nino alienauerint. Amicitiæ enim regum repentinæ sunt amoris'q; ardore subi to accenduntur sed expugnari labefactari'q; facile possunt ait Plut. Tuam uero amicitiam Mecœnas neq; tempus neq; ratio ulla unquam pellet nam bonus bonos inconsuetudinem admittis neq; inuidi tibi possunt facile uerba dare.
I turus Callisthenes philosophus ad Alexandrū ab Aristotele monitus est ut cum eo aut rarissime aut iucundissime loqueretur. At ille Alexandrum persica gaudentē salutatione obiurgat & ad Macedonicos mores inuitū non sine assi dua reprehensione adducere nitentē Alexander in carcerem cōiecit ubi pedicu lari morbo consumptus est: crucifixum alii dicunt Trogus nōn crucifixum ait sed truncatis manibus auriculis'q; abscissis naso labiis'q; mutilatum spectacu lum omnibus fuisse desertme: ac insuper cum cane in catea clausum. Seneca ita affectum ab Alexandro ait Thelephorum Rhodium eius amicum. iii. de iras
P raxaspes a secretis Cambysis rogatus a Cambyse ut diceret qualem Persæ eum censerent: Omnes te ait miris laudibus efferunt: sed nimis te uino deditū aiūt. Exasperatus Cābyses: Intellige inquit tu an Persę desipiant: Nam si filii tui qui in uestibulo stat medium cor non frustrato ictu percussero constabit nihil esse quod Persæ dicunt sin aberrauero constabit persas uera loqui: hęc lo quutus arcum intendit: puerum'q; percussit medium'q; cor trāsfixit quod quom uid isset: lętabundus cachinnās'q; ad præxaspem conuersus Præxaspes ait Fa cta est tibi fides nec me insanire sed persas: Verum nunc mihi dicito quē nam ex omnibus hominibus iam nosti ad destinatū ita emittere sagittās? Pręxaspes de sua etiam uita sollicitus: Ego ne deum quidem here arbitror tam probe per cutere: ait Ex Herod.li.iii. Et Sene. lib.iii.de ira ubi corrupte Hexaupes legitur
A grippa rex quom Matthię longe fratri pontificatū contulisset Sylas Agrippæ præfectus inuidens quoniam in omni fortuna nūquam regi defuisset cœpit cre bro seruitia obiicere efflagitās dari sibi munera dignitates'q;: Hęc quom q̄tidie exprobaret Sylas: regem in iram conuertit ut etiam præfectura priuaretur cō iectus'q; in uincula sit in patriam destinatus: Vide exemplū Danielis i capite de
A lexander Seuerus imparor quom audisset Vercōniū Turinū impā (dolis toris fauorē uenditare Immisit quendā qui a se quoddā publice peteret a Turi no autē occulte quasi præsidiū postularet ut p eo Alexandro secreto suggereret quod quom factū esset pmisisset'q; Turinus suffragiū: ac deinde dixisset multa

imperatori narrasse quom nihil dixisset. Sed in eo pendere ut adhuc impetraret eventum venditans. Alexander iterum iussit iterpellari: Tum Turinus quasi agens aliud nutibus annuit neq; tamen interim quicquam dixerat. impetrato igitur quod petebatur quom Turinus ingentia pręmia ab illo accepisset accusari eum alexander iussit: probatis'q; per testes omnibus: & quibus praesenti bus quid accepisset: & quibus audientibus id promisisset in foro transitorio ad stipitem illum ligari praecepit: & fumo apposito: quem ex stipulis atq; humidis lignis fieri iusserat: necauit: pręcone dicente. Fumo moriatur qui fumum uēdit.

Lampridius in uita seueri ad Constantinum notū ait esse illud pietati tuae quod in Mario maximo legisti. meliorem esse remp. & prope tutiorem: in qua princeps malus est ea in qua sunt amici principis mali: Siquidē unus malus potest à plurimis bonis corrigi: Multi autē mali nō possunt ab uno quanuis bono ulla ratione superari: & subdit Aulicos debere esse sanctos uenerabiles: conuenientes religiosos amantes principis sui: & qui de illo nec ipsi riderent nec risui esse uellent: Qui nihil uenderēt: nihil mētirētur: nihil fingerēt nunquā deciperēt ęstimationē principis: sui: sed amarent: quod esse uerū exemplum sequens indicat.

Augustus quom Iuliam filiam impudicissimam furore extimulatus relegasset: interposito tempore facti poenitens gemens'q; quod non silentio pręterisset: sępe exclamauit horum mihi nihil accidisset: si aut Agrippa aut Mecoenas uiuerēt.

Aesopus historicus uehementer quom indoleret Solonē esse inhumaniter à Rege exceptum Croeso: quo tempore rex illi iratus est. Illum'q; solans diceret Regum consuetudine aut quàm minime aut quàm maxime uti oportere. Immo respondit Solon me hercule aut quàm minime aut quàm optime. graecum est pouer. πόῤῥω Διὸς τε καὶ κεραυνοῦ. i. procul à Ioue atq; fulmine.

Sidonius Apollinaris lib. primo epi. regum consuetudinem flammis esse ait similem quae sicut paulum à se remota illuminant: Ita satis sibi admota cōburūt

Philippidi Atheniensi qui ob uirtutem maxime charus ac per quàm familiaris Lysimacho regi erat. Lysimachus quom dixisset: Nunquid aliquid regę suarum expeteret. respondit: solum ò rex ne arcanorū tuorum quicquam mihi credas.

Callisthenem quom quispiam audiente Diogene Cynico beatum dixisset: quod Alexandri apparatibus exciperetur. At inquit Diogenes infoelix est qui tū prādet ac coenat: quom Alexandro uidetur.

Seianus adeo charus Tyberio impatori primū fuit: ut uiuentē in senatu aereā statuerit: & decretū ab eo factū sit: ut eius dies natalis publice coleret: Itaq; Romani p TyberiūSeianū'q; iurabant: decreuerūt'q; eos consl. per quinquenniū designare: sed Tyberius illius potentiam ueritus nimis auctam dolo aggressus est scripsit'q; è Capreis epistolam ad senatū contra seianum: itaq; ita à Marone per milites dispositos in curia captus est ac uinctus à senatu'q; damnatus in schalas gemonias abiectus unco'q; distractus est. ex Dione apud quē res lōgior est.

Pythius Atys quom Xerxem hospitio suscepisset magna'q; uideretur amicitia

cum rege coniunctus: petiit ut unum e quinque eius liberis primogenitum quos Xerxes secum in expeditionem accedere iusserat: remitteret: uacationem'q̃ donaret militiae: At xerxes adeo indignatus est ut iusserit filium primogenitũ medium discindi: atq̃ discissi dimidium ad dextram: dimidium'q̃ aliud ad sinistram disponerent: atq̃ illac transiret exercitus.

Serapioni adulescẽti q̃a nihil poposcerat: nihil exhibuerat Alexãder magnus: sed ludentibus pila ambobus: iacta ad caeteros pila: mihi nequaquam praebes dicente Alexandro: non petis Serapion inquit: Delectatus Alexander illo scommate perqu'am multa largitus est.

Teribazus quom in uenatione uestem scissam Artoxerxi ostendisset: rogatus q̃d fieri oporteret: respondit Aliam se induendum uestem & illam Artoxerxi tradẽdam: concessit Artoxerxes: Dono tibi hanc ait uestem: sed ferre prohibeo: Teribazum uero quod illam indutus esset acceptis etiã muliebribus donis ęgre ferebant spectatores: Tum Rex cachinnari coepit ad eum'q̃ conuersus tibi inquit ut mulieri aurum: & ut insano regium amictum gestandi potestatem licẽtiam'q̃ concedimus.

Opilius macrinus in aulicos tam asper: impius: & pertinax fuit: ut non macrinũ sed macellinum appellarent: quod macelli specie domus eius cruẽtaretur sanguine uernularum.

Apud Aethiopes morẽ fuisse scribit Diodorus si quando rex illorum aliquã corporis parte ex qua uis causa debilitaretur: domestici omnes sua sponte eadẽ partem debilitarent. Turpe enim existimabãt regẽ claudo nõ omneis claudos esse.

Orta in conuiuio Alexandri quęstiõe de laudibus Philippi regis: unus e senibus Clytus ductus fiducia Regiae amicitiae: Philippi memoriã tuebatur: ea res adeo alexandrũ commouit ut arrepto a satellite telo patris laudatorem: amicum praeter cęteros charissimum clytum trucidauerit. Sed de hac rẽ infra dicetur.

DE AVDACIA



ALexander Phęreus hostis Thebanorũ Atheniensibus a quibus in amicitiam societatẽ'q̃ ascitus fuerat polliceri se quom dixisset eis carnes quae mina prius uendebantur semiobolo praebiturum: audiente Epaminunda: At nos inquit Thebani liberaliores erimus: Quippe qui ligna ad has carnes coquendas gratis exhibebimus: eorum enim agrum excidemus.

Agesilaus admonitus a suis ne cũ Thebanis qui numero p̃stabant: manũ cõsereret: Respondit: qui multis uult imperare nõ debet multos timere cõgressum.

Epaminũdas Thebanus imminente aduersus lacedęmonios pugnã quom sella in qua sedebat succubuisset: uideret'q̃ milites hoc p̃digio exturbatos: Immo inquit sedere prohibemur: militum'q̃ animos restituit.

Antiochus quom in Ptolemęos po:Romanos amicos dictos bellum gereret: Romani Pompilium cum literis miserunt:in quibus ne pugnaret contra Ptolemaeos iu bebatur:quibus lectis quom tempus ad consultandum exposceret. Pompilius circulum uirga conscripsit dicens intra hunc consule.

Fabius maximus quom Scipioni ardēti ī expeditionē ꝓficisci dixisset hoc natura prius cōparatū est:quom tua defenderis aliena ire oppugnatū: Pax ante ī Italia q̄ā bellū ī Africa sit:Plus animi inq̄t Scipio ē inserēti periculū:quā ꝓpulsanti

Artabanus Xerxi expeditionem in gręciam paranti ait noli tu ullum tale adire discrimen nulla subsistente necessitate. Vide in capite de superbia.

Cn. Piso Manlium Crispū accusauerat quē gratia Pompeii licet nocentē eripi uidebat:cœpit itaq̄ ī Pompeiū crimina ingerere interrogatus igit̄ ā Pompeio cur se quoq̄ nō accusaret:Da inq̄t Piso uades rei.p.te si postulatus fueris ciuile bellū nō excitaturū:Iam de tuo prius q̄ā de Manlii capite in cōsiliū iudicis mittā

Ingresso Capuā Annibale Perolla Calanū filius:neq̄ ā patre uinci neq̄ ab Annibale inuitante ad conuiuium allici potuit e q̄ cœna exeuntem sequutus patrē adhortum consilium habeo inquit pater:quo non ueniam sclum peccati qua defecimus ad Annibalem impetrare ā Romanis possumus: sed multo maiore dignitate & gratia simus:Roganti patri quid nam esset:toga reiecta ab humero:latus succinctum gladio nudat:iam ego inquit sanguine Annibalis sanciam Romanum fœdus:atq̄ uix ā patre potuit diuerti.Ex Liuio:Pluar. uero in Annibale Pacunii filium uocat Pacunium'q̄ Annibalis hospitem.

Aristoteles Celticam audaciam cum contemptu salutis coniunctam appellat

Aristides quem nunquam ex tempore diceret ne ā Philippo quidem rogatus dicere uoluit:Dicente postmodum illo ac Philippo subridētei Arimaspos illi monoculos cognatos esse ad oculū uidelicet quo orbatus fuerat alludēs dicere nō expauit:

DE ADVLATIONE ATQ̄ ASSENTATIONE



Perniciosos assentatores Cercopissantes cauda'q̄ blandiētes quos Diuus Hieronymus gladium melle litum appellat:uitandos esse & sequentia exempla ostendunt et Seneca in lib.de formula honestę uitę:ait enim si continens es adulationes euita sit'q̄ tibi tā triste laudari ā turpibus:quām si lauderis ob turpia.

Antisthenes praestare dicebat necessitate urgente in coruos q̄ā in assentatores incidere:illos quippe mortuos istos uiuentes deuorare. Dion omnium ait (ut ita dicam) uitiorum nullū inuenit fœdius potest quām adulatio.

Timagoras legatus Atheniensium quia inter officia salutatiōis more persico adulatus est Dario:ab atheniensibus capitali supplicio affectus est.

Tyberius imperator adeo adulationes auersatus est:ut neminem senatorum aut officii aut negocii causa ad lecticam suam admiserit: consularem uero satisfaciē

tem sibi:ac per genua orare nitentem ita suffugerit ut caderet supinus.

Alexander seuerus imp. hac tantum salutatione uolebat salutari. Aue Alexander. Siquis caput flexisset:aut blandius aliquid dixisset:uti adulator uel abiiciebat: si loci eius qualitas pateretur:uel ridebatur ingenti cachinno:si eius dignitas grauiori subiacere non posset iniuriæ. Crisippus Passienus adulationibus nõ claudi hostium sed aperiri oportere dicebat.

Alexander Macedo post captam petram inaccessibilem quã ob id Aornon incolę uocabant in qua erat arx insuperabilis:dicentibus amicis herculē rebus gestis ab ipso superatum:At ego inquit mea gesta cum imperio nõ uno quidem uerbo cum herculis gestis arbitror conferenda. Ex Plutar. mitum est quod ita respondit:quem ab adulatoribus penē conculcatum constet alexandrum.

Diogenes Cynicus rogatus quæ nam perniciosissime morderet bellua:Ex feris inquit obtrectator:ex mitioribus adulator.

Thasii ab Agesilao Lacedæmonio magnis affecti beneficiis illum in templis ceu deũ colere decreuerãt superq ea re legatos ad illum destinarunt:sed Agesilaus interrogauit legatos an ipsos patria referendos indeos hoium facultatē haberet:quibus affirmantibus agite inqt uos ipsos prius efficite:quod quidē si effeceritis tunc credam me quoq a uobis deum fieri posse.

Au. Sempronius atq M. fratres candidati magistratus petebant Vargulamq suffragatorem amplexi sunt:sed Vargula muscas illos uocauit quã in festiuissimo ioco:ait enim puer abige muscas.

Antonius quom & habitu & comitatu liber pater uideri uellet atq ita inscribi in statuis fecisset:Athenienses cum coniugibus liberisq uenienti illi prodierunt: Dionisuq nomine salutauerũt:dixerũtq preterea despondere illi in matrimonium mineruam eorum musam:rogaueruntq ut duceret. Antonius uero se ducturum ait:sed dotis nomine imperare se illis mille talenta.

Artotrogus Parasitus militi Plautino quom assentaretur diceretq septem millia hominum uno die ab illo esse cæsa:subdidissetq miles ædepol memoria es optima Festiue parasitus respondit offa emonet.

Argepolynices miles Plautinus quom iactuose apud parasitum artotrogum se ciuem seruasse diceret in bello contra Archidem summum imperatorem:Neptũniq nepotem:Festiue parasitus memini ait Nempe illum dicis cũ armis aureis cuius tu legiones difflauisti spiritu:& subdit ædepol in elephanto in india quo pacto perfregisti brachium:& quom ille dixisset quid brachium? parasitus illud dicere uolui femur.

Alexandro Macedoni quom Corinthii p legatos gratularentur ob orientales uictorias donarentq ciuitate risit Alexander:sed unus e legatis nulli inquit ciuitatem dedimus alii quã tibi & herculi.

Demaratus Oronte in ipsum asperius collocuto quom quidam dixisset inhumane tecum se gessit Orontes Demarate:Nihil in me inquit peccauit: Qui enim ad gratiam loquuntur nocent non qui cũ odio.

DE AGRICVLTVRA



Griculturæ studio qua nihil melius, nihil libero homine dignius ueteres pen̄e omnes delectati, apud'q; Romanos satis laudasse putabant quem bonum colonum dixissent agrum'que male co lere censorium probrum iudicabant:

Cyrus minor Lysandro laudanti consitas arbores in ordinem At qui inquit multæ ex iis mea manu sunt satæ: Vlyxes apud stra bonem gloriatur quod longum sulcum ducat.

Dioclitianus imperator imperium Herculeio & Galerio sponte reliquit, ad agri culturam'q; se cōtulit: ab iis'q; quom ad capessendum rursus imperium euocare tur, respondit utinam possetis uisere olera nostris manibus instituta, profecto nunquam istud tentandum iudicaretis:

Cincinnatus quom accepisset se factum dictatorem, ex agro, suspirans ait Amitti tur ergo huius quoq; anni fructus:

Oeteus quom Mysonem cheneum se sapientiorem conueniret, eum repperit æsta te stiuam aratro aptātem, dicente eo nō esse tempus aratri tunc conficiundi, sa tis ait Myson tempestiuum est ad parandum illud:

Laertem Vlyxis patrem agrum colentem stercorantem'q; facit Homerus ut filii desyderium leniat: Antiquis progenitoribus nostris pascere mos fuit ait Ioseph Delectati reges Hiero: Philometer: Attalus, Archelaus & duces xenophon & pœnus etiam Mago. Philopomenes, Augustus: sed de iis apud Catonem Colu mellam, Varronem, Plinium, Palladium'q; longius scribitur.

Protagoras apud Platonem ait Sterquilinium radicibus utile, ramusculis uero cauliculis'q; admodum noxium.

Fraotes Indorum rex Apollonio de eius uictu sciscitāti, Ego ait palmarū fructi bus aut oleribus pascor, aut quę prębent mihi arbores, quas ego his manibus (colo.

Bos apud Ro. tanti fuit Vt sit inter exempla damnatus a pop. Ro. die dicta qui concubino procaci ruri omasum edisse se neganti occiderit bouem, a ctus'q; in exilium tanquam colono suo interempto.

Fœnum græcū seritur sacrificatione, nō altiore quatuor digitor ūsulco, quātoq; peius tractatur, tāto puenit melius. Rarū dictu esse aliqd cui prosit neglig ētia.

Scipio Nasica candidatus in ædilitatis petitione cum adulescentulo competitore descēderat, eiuus quom manū rustico ope durarā tetigisset, interrogauit nū ma nibus cōsuesset ābulare. Id ut populo cognitū ē, repulsā petitiōis Nasica passus (est.

DE ABSTINENTIA ET CONTINENTIA



Paminundę quom Iason thessalorum princeps Thebas uenisset, nimium indigenti duo milia aureorum misit: sed is non modo au rum non accepit: sed quom primum nactus est Iasonem, iniustis inquit manibus imperas:

Demetrius Cynicus quom cæsar ducenta talenta ei attulisset·ridens reiecit·si tentare inquit me constituerat·toto illi sui experiendus imperio.

Phocion Alexandri magni legatis magnum auri pondus afferentibus quom dixisset·quamobrem Alexander sibi soli aurum misisset·illi'q; responderent· quia te solum ex omnibus uirum probum & honestum iudicat: Sinito igitur inquit qualem me iudicat talem & esse & uideri perpetuo·aurum'q; contempsit.

Idem photion munera a philippo missa repudiauit·legatis'que suadentibus ut acciperet propter filiorum commodum respondit:hic agellus illos alet·qui me ad hanc dignitatem duxit·sin dissimiles mei sunt futuri·nolo meis impensis illorum ali augeri'q; luxuriam. Vide in capite de filiis.

Harpalus ab Alexandro fugiens magno cum auri pondere Athenas uenit. Ibi'q; quom multos muneribus adse allexisset:ad photionem etiam septuaginta talēta destinat·photion uero ad nuntios conuersus·auferte ista ait hominum improbissimi:meo'q; nomine mœrorem luctum'q; renūciate Harpalo·nisi a corrūpenda ciuitate manum abstineat.

Gneus Martius qui Coriolanus postea dictus ē quom a posthumio cominio ob edita fortitudinis opera omnibus militaribus donis· centum'q; agri iugeribus & decem captiuorum electione ·totidem'q; equis:centenario boum grege· argento'q; quantum sustinere posset·donaretur·repudiatis omnibus· unius tantum hospitis salutem equū'q; accepit.

Babiloniæ rex Apollonio Tyaneo magnam pecuniarum uim ostendit:sed Apollonius tibi inquit o rex pecuniæ istæ sunt:mihi autem paleæ.

Diomedon Cizicenus Artoxerxi magno persarum regi Epaminundam pecunia corrumpere pollicitus·quom Thebas cū auri magno pondere aduenisset·Michitum'q; adulescentulum corrupisset:Epaminundam corrumpere temptauit sed is Diomedenti ita inquit·Nihil est opus attulisse pecuniam·si enim uult rex quæ huic reip. utilia sint·gratis me polliceor esse facturum·sin contraria nullis opibus eius obsequar uoluntati. Tibi autem Diomedon ignosco quoniam me incognitum tui similem esse iudicasti:sed abi propere ne alios corrumpas quom me non potueris. quom autem Diomedon timeret ne sibi tuto abire liceret·Noli ait timere·te enim tutum dimittam·non tua causa tantum·quantum mea ne quis arbitretur quam accipere noluerim·tibi eripuisse pecuniam.

Xenocrates quem legati ab Alexandro quinquaginta ei talenta attulissent·quæ erat pecunia temporibus illis Athenis præsertim maxima · adduxit legatos ad cœnam in Academiam:quos nullo excepit alio·quam domestico apparatu:sed quom postridie rogarent eum cui numerari iuberet. Quid uos hesterna inquit cœnula non itellexistis me pecunia non egere? Quos quom tristiores uidisset.xxx.minas accepit ne aspernari regis liberalitatem uideretur.

Q.Tubero uasa argentea ab ætolis sibi missa:quia in eius mensa fictilia uidissent remisit. Val. pli. uero Catum Elium uocat lib. xxxiii.

Cyneas pyrrhi legatus missus Romam cum ingentibus donis: neminem cuius domus muneribus pateret: inuenit.

Iulius Grecinus pecuniam ab amicis ad ludorum impensam conferentibus acceperat: sed magnam pecuniam missam à Fabio persico non accepit: obiurgantibus quod non accepisset: Ego inquit ab eo beneficium accipiam à quo propitiationem accepturus non sum? Quom'q; illi Rebilius consularis homo eiusdem infamię maiorem summam misisset. & instaret ut acciperet: Rogo inquit ignoscas Et à persico non accepi

Cato Iunior quem à Deiotaro ut filios filiam'q; cōmendaret uocatus esset: atq; ei dona egregia rex offerret hac re adeo cōmotus ē Cato: ut quom uespere ad eū uenisset: postridie circiter horam tertiam abiret.

Antigonus ubi audiuit philippum filium hospitio susceptum domi ubi tres uirgines morabantur: uocato ad se eo qui distribuēdis hospitiis praerat: pręsente filio sic inquit Nō ne ex tam parua tam'q; angusta domo filium meū abducis?

Alexander Macedo uxorem Darii omnium reginarum formosissimā captiuam intactam seruauit: sed conclusam cum filiabus in sacris aedibus castis'q; uirginum cubiculis conseruatam nullius'q; uisam oculis uiuere permisit: Dicebat'q; aliquando per iocum dolores oculorum persicę puellae sunt.

Spurina Ethruscus excellentis pulchritudinis: quom mulierum illustrium oculos sol'icitaret esset'q; propterea uiris parentibus'q; earum suspectus: faciei decorem ultro foedauit.

Xenocrates platonis auditor mirae fuit continentię: phyrne enim meretrix uenustissima deposito cum iuuenibus pignore se esse ad concubitum illum allecturam admissa in lectulum nullis meretriciis illecebris nullo ad concubitum incitamento relicto pellicere tamē non potuit. Exposcentibus pignus iuuenibus Vrbane phyrne se ait cum illis de uiro non de statua certasse. ex Valerio. Caeterum apud alios phrynem non phyrnem legi. Idem quom libidine pertentaretur secari pudenda & uri patiebatur.

Vespasianus factus impator Beronicē sibi charissimam ex urbe dimisit inuitus inuitam

Valentinus imperator moriens se una tantum dixit uictoria gloriari: ro (uitam gatus qua? respondit inimicorum nequissimum deuici carnem meam.

Araspas mulierem quam medi cyro obtulerant susiam omnium esse Susianarū uenustissimam quem dixisset Cyrus in conspectum non admisit ne inquit eo gar relictis oportunis illam saepius repetere.

Mazulii abstinent à mulierum consuetudine praeterquàm ab illarum quas bello coeperint.

Pompeius è tot pellicibus mithridatis quae in multis bellis captae sunt nulli se immiscuit sed intactas omnes parentibus necessariis'q; remisit.

Gymnerae philosophi apud indos nudi degunt mulieribus'q; quae cū illis uiuūt nullo se miscent pacto.

A chilles quom uisam Polyxenam regis Priami filiam arderet:ab Hectore etiam illi matrimonio negata est:post Hectoris mortem ueniés ꝑ cadauere ad Achillem infœlix Priamus:eo'ꝗ exorato: Polyxenam filiam uti susciperet: sibi'ꝗ habeat offert·amplexus etiam illius genua:At Achilles in aliud tempus rem differt:Priamum'ꝗ remittit.

C ato senior tam inuictę uir fuit abstinentiæ:ut quom illius seruus Pachus treis puellas ē captiuis quæ sub hasta ueniebant·emisset:Catoni'ꝗ innotuisset: Veritus Pachus in Catonis conspectum uenire·sibi mortem consciuit: serui s deinde uenditis Cato precium in ærarium retulit.

D iuus Hieronymus ait iussu Decii Valeriani'ꝗ iuuenem ad amœnissimos hortos uectū·atq; inter uaria herbarū florū'ꝗ odoramenta plumis'ꝗ etiā collocatū apposita meretrice satis uenusta ad libidinē excitādā:nullis meretriciis illecebris allectū.sed ī faciē meretriculę dissuauiātis linguā dentibus incisā expuisse

I dem Cato canterio uehebatur impositis etiā hyppoperis ꝑ sarcinis ab utroq; latere dependentibus edinis'ꝗ pellibus pro strato utebatur.

A lexander Macedo ob aquarum defectū in itinere siti laborabat·ei oblata est galea aqua plena·ubi galeam in manus cœpit·circūspiciens quos circa se habebat equites : demisso capite & fixis in potum oculis·ingustatam reddidit aquam: probatis'ꝗ uiris dixit si solus bibero·hos mœror instigabit. Ouidi. Est uirtus placidis abstinuisse bonis:

P ompeius magnus quom ex morbo ad cibos male se haberet·medicus turdum dari mandauit:Hunc autem quom uenalem non inueniret·cognitum'ꝗ esset apud Lucullum tantū inueniri posse·noluit:sine Luculli inqt illecebris ipse nō

A lexander idem Mac.Regina Cariæ multa obsonia ferculá'ꝗ opipara (uiuam? quem ei misisset·sollertissimos ēt ad postremū coquos pistores'ꝗ misit:his haud opus esse dixit·Ad prādia.n.coquos habebat itinera·ad cœnas uero ciberū Idem quom lectum ingrederetur·uestes accurate discutiebat num (parcitatē quicquam superuacanea refertum mollicie mater administrasset.

C æsar quom uini esset parcissimus: Cato hoc cauillum in eum iactauit:ait enim Vnum ex omnibus ad euertendam remp.Cæsarem sobrium accessisse.

P aulus Aemilius tantæ fuit continentiæ :ut quom ex hispania Macedonia'ꝗ maximas opes in ærariū tetulisset·uix ex auctione bonorū eius relictum est·unde dos uxori eius redderet.Mumius ex Corinthi opibus quā euertit nihil domū

I dem Paulus Victo Perse multum auri argenti'ꝗ ex regia gaza cōpa (retulit ratū·ne quidē aspicere uoluit:sed q̄storibus negociū dedit ut in publicū referrēt

S cipio amplissima munera à rege Antiocho missa pro tribunali se accepturū esse dixit·ea'ꝗ omnia referre quæstori in publicas tabulas iussit.

A gesilaus quicquid uel insipidi apponebatur bibebat comedebat'ꝗ ait Xenophō Probus ait eum consueuisse sub dio dormire stramētis usum ꝑ lecto pellibus'ꝗ

H iero Tyrannus uestibus non differebat a subditis. (tegi solitum.

Legatione 'a senatu in aegyptum missa quom legati ingentia 'a Ptolemeo munera missa spreuissent: interiectis diebus ad coenam inuitatis aureae coronae missae suntquas illi honoris causa receptas postero die statuis regis imposuerunt

F abritius Lucinius & Q. Aemilius Pappus censores P. Cornelium Rufinum qui bis consul ac dictator fuerat: senatu amouerunt: Q uod comperissent eum coenae gratia decem pondo argenti habere. Est exemplum hoc in capite etiã de luxuria: apud Liuium pro Lucinio Luscinio legitur.

A ctius: Fannius: Licinius: Sylla: Aemilius: Antius: Iulius'q; caesar legem tulerunt de parsimonia.

D ioclitianus ludos parcissime edidit: dicens castiors oportere esse ludos spectãte cẽ

C ato senior neq; inquit mihi ędificatio: neq; uas: neq; uestimentum ul- (lorei lum in manu preciosum: neq; preciosus seruus: neq; ancilla: si quid est quo utar utor: Si non est ego sum: cuiq; per me uti atq; frui licet.

S ophocles aetate iam senior quaerenti cuidam an nunc etiam rebus ueneteis uteretur: Di meliora inquit: libenter enim istinc tanquam 'a furiosa profugi dominatione. Cephalus hęc ait apud Plat. in rep.

S extius latum clauum Diuo Iulio dante non recepit:

D iuus Hierony. contra Iouianum lib. ii. legimus quosdam morbo articulari & podagrae humoribus laborantes proscriptione bonorum ad simplicem mensam & pauperes cibos redactos conualuisse. Et est de consecra. distincti. v.

C yrus apud Xenoph. militibus ait: Hi inquit qui repentinis abstinent uoluptatibus non id agunt ut laetentur nunquam: sed ut per hanc continentiam multo maiore in posterum tempus laeticia afficiantur.

Artem quã quisq; norit in ea se exerceat



Nnibal quom ad Antiochum exul Ephesum uenisset ab hospitibus'q; inuitatus ad audiendum Phormionem Peripateticum accessisset: Phormio'q; copiosius aliquot horas de imperatoris officio loquutus esset: atq; de re etiã militari multa disseruisset: Delectati uehementer qui audierant: quom ab Anibale quaererent: quidnam de Phormione iudicaret: Respondisse fertur: multos se deliros senes sępe uidisse: sed qui magis quãm Phormio delitaret se uidisse neminẽ

I uppiter apud Homerum in Iliade: Veneri 'a Diomede percussę Non est inqt o mea filia muneris tui tractar res bellicas. Sed uxorias amatorias'q; Itaq; tu cole amores: amplexus oscula: pugnas uero bellicas fortis mars atq; strenua Minerua meditabuntur. Xenophon Non inquit fieri potest ut qui multis utitur artibus omnia pulchre faciat: Proinde Martialis Attalum omnia tractantem ardelionem uocat.

A pelles pictor scriptorũ monumentis celebratissimus: perfecta opa ppõebat in

pergula transeuntibus iudicanda: ipse'que post tabulam delitescens uitia quę notarentur auscultabat: uulgum se diligentiorem præferens. Feruntque a sutore reprehensum quod in crepidis una intus pauciores fecisset ansas. Eodem postero die superbe emendationem pristinæ ammonitionis cauillãte circa crus: indignatum prospexisse: ac denunciasse ne supra crepidã sutor: quod & ipsum in puerbiũ (uenit

Zophyrus Phisiognomon q se pfitebat hoium mores natural'que ex cor pore: oculis: uultu: fronte pernoscere: conspectum socratem stupidum Bardũ'que esse dixit: Quod iugula concaua non haberet: obstructas eas partes & obturatas dicebat. Addidit etiam mulierosum: in quo Alcibiades dicitur cachinnũ sustulisse. Cęterum de mulierositate Socratem non negasse ferunt.

C. Iulius Cęsar artium liberalium doctores quo libentius urbem ipsi incolerent & cęteri apeterent ciuitate donauit:

Horatius in poe. Ludere qui nescit campestribus abstinet armis indoctus'que pilæ disci'ue trochi'ue quiescit Ne spissę risum tollant impune coronę. Ouid: Helena Bella gerant alii tu Paris semper ama. Turnus Vergilianus Arma uiri bellum'que gerant quis bella gerenda.

Amasis rex Aegypti legem tulit ut singuli apud præsides prouintiæ demonstrarent unde uiuerent.

Armonides faber lignarius celeberrimus: & Oetichius scutarius optimus apũ Homerum. Aupd eundem sidones in argentaria celebres in Iliade: & Phæacenses mulieres in textura in odys: apud Ioseph. Sidones in lignorum sectione celebres. Apud Arrianum Tyrii adeo nandi periti: ut in Tyri oppugnatione alexãdri anchoras sub aqua pręciderint. Ctesiphon architectus celebris æde Ephesiæ Dianę a se constructa. Philon Atheniensis armamento mille nauium: Ctesibius Pneumatica ratione & hydraulicis organis repertis: Apollodoro grammatico Amphictiones Gręciæ honorem exhibuerunt. Berosus adeo in astrologia clarus ut ob diuinas prædictiones in publico gymnasio statuam posuerint lingua inaurata: Thearion optimus pistor ex Socra. testimonio in Pla. gorgia

Posidonius artium genera quatuor ponit uulgares: Sordidas: Ludicras: pueriles

Domitianus adeo sagittandi peritus ut sæpe centenas unius generis feras in Albano secessu conficientem spectauerit plęrique: atque etiam ex industria ita quarũdã capita figentem: ut duobus ictibus quasi cornua efficeret. Non nunquam in pueri procul stantis præbentis'que pro scopulo dispansam dextræ manus palmã sagittas tanta arte direxit: ut omnes per interualla digitorum innocuæ euaderent. Aiax Telamonius apud Hom. iaculator omnium optimus.

Themistocles Cleophantum filium in equestri facultate adeo strenuum reddidit ut equis rectus insisteret: rectus'que ex equo iacularetur: ait Socrates apud Plat. libro primo.

FACETIARVM ET EXEMPLORVM

DE AEDIFICANDI RATIONE


Edificandi luxuriē urbanissime Cæsar Metello exprobauit: Nā quom Cæsar in delectu metelli oculorum excusationem retulisset dixisset'q; Metellus: Tu igitur nihil uides? Ego uero iquit Cæsar a porta Aexquilinā uideo uillam tuam.

Marcialis in Gell.

Gellius ædificat sēper modo limina ponit Nūc foribus claues aptat emit'q; seras
Nūc has nūc illas mutat reficit'q; fenestras Dū tamē ędificet qdlibet ille facit.
Orāti nummos ut dicere possit amico: Vnum illud uerbū Gellius ædifico.

Romam scādulis fuisse tectam usq; ad Pyrrhi bellum annis. cccclxx. author est Cornelius nepos.

Vrbes apud ueteres crebras in montibus ęq; conditas fuisse ait Dionys.

Apud Persas maximam auri argenti'q; partem in ędificiis esse: in nummis uero p exiguam: Tantum q; nummorum quantum satis sit ad usum tantū'q; auri quātum ad impensas sufficit.

Supra mylasiam urbem mons imminet præcipitio satis horrendo: Vnde Dux quidam admiratus dixisse traditur. Qui hanc urbem condidit si non semper metuebat: nec etiam erubescebat.

Aedificium primus omnium Doxius Cælii filius inuenit hirundinum nidos imitatus: ait Pli. Diodorus uero ait Palladem fuisse inuentricem.

Aedificia quæ septē mundi miracula a scriptoribus nūcupantur Babylonis muri a Semiramide constructi: mausoleum hoc est mausoli Cariæ regis sepulchrum ab uxore Artemisia constructum Tertius Iouis colossus Rhodi a Charete lindio elaboratus cubitorum. lxx. Duæ Pyramides memphi singulę altitudine stadii figura quadrata Ex strab. Obeliscum semiramidis longitudine pedum. l. latitudine uiginti Diodorus inter miracula commemorat. Sextum addunt hortum pensilem Babylonis. Septimum labyrinthum Aegypti in Nomo Heracleopolite quod Plinius opus portentissimū uocat. Antipater uero in epigram. hæc ait fuisse: Artemidis templum: Babylonis muros hortos'q; pensiles: Duas Pyramides memphi: Colossum Iouis Pisæi mausoleum & colossum Apollinis Rhodi. Alii addunt Dianæ Ephesiæ templum. Iouis olympici simulachrū ex ebore auro'q; Phidiæ opus. Cyri domum: Altare factum ex cornibus in Delo insula: Iosephus Solomonis templum omnia excedere ædificia tradit cuius porticus parietes. cccc: cubitorum haberet ex lapidibus quadratis: quorum longitudo cubitorum. xx. altitudo uero sex: Nec in celebre opus antrum quo itur Neapoli puteolos a marco Cocceio excauatum authore Strabo: quamuis falso aliqui Luculli opus fuisse existiment. Illud etiam addendum Pyramides excindi ex monte Arabiæ exporrecto ab Aquilone ad Austrum meridiem qs

ad mare q rubrũ pertingẽte ait Hero.li.ii. Pyramis etiã constructa a cherope regequadratæ formæ, cuius singulę frontes octogenũ erant iugerũ, uiginti an nos cõstructa, ita ut erogata sint pro apio, cepe, allio q sexcenta talẽta. Cassiodo rus Mausol. colossũ Apoll. Iouis simulachrũ, Muros Babilonicos, pyramides ægipti: Cyri domum, septem miracula uocat.

Athlantes domus ex sale construunt. Romæ domus celebratę in palatio duæ, al tera Crassi oratoriis: præstantior altera Q. Catuli & C. Aquilii pulcherrima Item lepidi: Domus uero Caligulę Neronis q totam urbẽ cinxere: Domus Al cynoi regis Phæacum parietibus æreis, potius aureis liminibus argenteis ab hõ me, celebrata.

Domus impensa publica constructæ sunt ualerio Maximo in palatio & Cicerõi

Architecti celebres Pythius uetustiss. Dinocrates metatus Alexandriã quom ab Alexãdro condita est: Diogenes Rhodius: Callias: Epimacus: Philon & mul ti a Victruuio decantati. Eurialus & Hiperbius fratres, primi apud Atheniẽ ses lateritias domos construxerunt quom antea specus essent.

Galba quom domum undiq; perstillãtem perlucentem q haberet cuidam penu lam roganti: urbanissime ait. Non possum commodare: Domi maneo.

Ichthiophagi domos ex ossibus cetorum & ostreorum conchis magna ex par te faciunt. Trabium usum costę prętant. Portas maxillæ. Ex uertebris fiunt mortaria uide in cap. de miraculis Amasis.

DE ANV.

Elpinice anus quom Pericles Samum trastasset: in illũ his uerbis insultauit. Admiranda sunt ista pericles: & coronis decorãdã Q ui nos multis & fortibus ciuibus spoliasti. Q uom nec Phoenicibus nec Medis bellum intuleris ut meus frater Cymon: sed ut urbẽ sociam & necessitudine nobis coniunctam sub imperium redactu rus esses. Hæc dicente Elpinice: subridens Pericles ad eam sedato animo illud Archilochi dixisse fertur Haud unguẽti uetulã quom sis oblita es: Seneca in protrer. Anus ait quom ludit: morti delitias facit.

Festiua in uetulas. Martialis epigrammata. pti. Philenis epith:

Sæcula Nestoreę permẽsa Phileni senecta Rapta es ad infernas tã cito ditis aquas
Euboeę nondũ nũerabas lõga sibyllę Tẽpora: maior erat mẽsibus illa tribus
Heu quæ lĩgua silet: nõ illã mille catastę Vincebãt: nec quæ turba serapĩ amat
Nec matutini citrata caterua magistri. Nec quæ strimoio de grege tipa sonat.
Q uę nũc thessalico lunã dducer rhõbo? Q uę sciet hos illos uẽder lęna toros
Sit tibi terra leuis: molli q; tegaris harena, Ne tua nõ possint eruere ossa canes

Aliud epitaphium uetulę Plotię.

Pyrrhę filia. Nestoris nouerca Q uam uidit Niobe puella canam

Laertes auiam senex uocabit: Nutricem Priamus: socerum thyestes
Iam cornicibus omnibus superstes Hoc tandem sita pruris insepulchro
Caluo plotia cum melanchione.

Aliud in Vetustinam

Q um tibi trecenti cõsules Vetustina, Et tres capilli, quatuor'ue sint dentes.
Pectus cicadę, crusculum'q; formicę Rugosiorem quem geras stola frontẽ
Et aranearum cassibus pares mãmas, Q uom comparata rictibus tuis ora
Niliacus habeat crocodillus angusta: Meliusq; ranę garriant rauennates.
Et adriaticus dulcius culex cantet: Videasq; quantũ noctua uidet mãe &c.

Derbices anus quæ septuagesimum excesserint annum strangulant.

Talum candidi Iuuenci quadraginta diebus noctibusq; dõec resoluatur in liquorem decoctum & illitum linteolo cãdorem cutis & erugationem præstare scribit Pli. XXVIII. lib.

DE ADVLESCENTIA.



ADulescentię imbecillitatem quæ plures casus quã iam nostra ætas inquit Cicero in senectute habet: facilius enim in morbos incidũt adolescentes: grauius ægrotant, tristius curantur: & festiue grauiter'q;. Bion Boristhenites taxauit. Is enim quom reprehenderetur quod adulescentem non sibi uendicasset Non. n. inquit possibile est mollem caseum hamo attrahere.

L ycurgus quęm nosset adulescentes esse natura loquaciores impudentes'q; constituit ut in publico ac n sessu non nisi rogati loquerentur eos'q; seniorum consuetudine iussit semper uti. Antilochus Homericus Fer inquit æquo animo Menelae: lõge ego quã iam tu sum iunior: tu uero prior melior'q; Non ignoras iuuenum audaciam: promptior iis animus sed imbecillius consilium.

Hieronymus Hieronis nepos uix imperium inuaserat annum: xv. ætatis agens: quom omnia cędibus, contumeliis: uestium luxuria pessumdedit: tutores'q; ab hierone sibi datos aut ad mortem uoluntariam aut ad fugam compulit: sed a coniuratis confoditur.

Adulescens ex asia missus est prolegato: qui per id tempus magistratum non ceperat. Is in lectica ferebatur: ei obuiam bubulcus ex plebe Venusina aduenit & per iocum quom ignoraret qui ferretur rogauit: num mortuum ferrent: ubi id audiuit lecticam iussit deponi: struppis'q; quibus lectica ligata erat usq; adeo uerberari: donec animam efflauit

Pyrrhi Epiri regis filius Ptolemęus adeo strenuus manu & fortis fuit, ut urbem Corcyram cum. lx. uiris ceperit. In Spartanorum oppugnatione usq; I mediã urbẽ equo pcurrit: ibi'q; cõcursu multitudinis occisus est. Q uod quom patri relatũ esset: eum aliquanto tardius quã timuerat ipse uel temeritas eius me-

ruerit occisum esse ait.



DE ALIENIS REBVS

Iogenes cynicus rogatus cuiusmodi uinum libẽtius biberet. Alienum inquit.

Arabia quantuis in ea omnes pen'e odores sint: ab exteris Myrrham petit. Tanta mortalibus suarum rerum satietas est.

Martialis in ceruinum qui uxorem quam repudiauerat amabat
Mœchus es aufidię qui uir Ceruine fuisti. Riualis fuerat qui tuus ille uir est.
Cur aliena placet: tibi quæ tua non placet uxor. Nunquid securus non potes arrigere?

Antinous apud Homerum res inquit largiri alenas: res nulla uetat neq; piget.

Dauus apud Terẽtium in Andria erat cõiectus in carcerem quia herum Simonẽ illuserat ut Pamphilo gratificatur (compererat enim dauus Glicerium Pamphili amicam: Atheniẽsem esse chremetis'q; filiam) quem autem ad eum liberandum Pamphilus accederet: diceret'q; Nescis quid mihi obtigerit: Respondit dauus certe nescio: sed quid mihi obtigerit scio.

Difficilem esse curam rerum alienarum quas quasi interiecto uidemus interuallo ait Cicero: proinde persa rogatus quid equum maxime pinguefaceret oculus domini inquit. Libycus uero rogatus quæ stercoratio agro foret optima: domini inquit uestigia: ex Aristo. in œconomicis.

DE AMBITIONE.



Fer Didio Gallo qui prouintiam ambitiosissime petierat: deinde impetrata ea tãquam coactus querebatur: urbãe atq; Irõicos ait Age inquit Didi aliquid & reipublicæ causa labora.

Rutilius Scaurus'q; competitores erant inconsulatu Rutilius tãdem m scauro cessit: sed scaurus ambitus Rutilium accusabat: quoniam in tabulis rutilianis scriptum esset. A. F. P. R. atq; interpretaretur scaurus Actum fide publii Rutilii. quasi quod suffragia Rutilius corrupisset nec potuisset fieri consul scaurus nisi ex renunciatiõe rutilii: Rutilius rursus interpretabatur ante factum postea relatũ: Tum C. Caninius eques Ro. quem ruffo adesset: exclamauit: neutrum illis literis declarari: id enim significat ait. Aemilius fecit plectitur rutilius: id est Aemilius scaurus corrupit populum: rutilius passus est repulsam.

Q. Coponium inuenimus ambitus damnatum: quia uini amphorã dedisset

dono ei: cuius suffragii latio erat.

Caius Cotta in ambitione artifex dicere solebat se operam suam quod non contra officium rogaretur: polliceri solere omnibus: impartire iis apud quos optime poni arbitraretur.

Quidam, qui coci filius putabatur candidatus in campum descenderat quom a Cicerone suffragium petiisset: in uerbo quoque & coque usus scommate Cicero ait. ego quoque tibi fauebo.

DE ACCVSATIONE ET MALEDICENTIA.



Via atra hominum. ut inquit. C. Plinius ceu serpentium lingua uibrat labes'que animi contrectata adurit culpātium omnia. uisum est iis Ronchis: Sisennis Barris'que ostendere sequentibus exemplis quantum ex delatione incommodi assequantur: qui dum aliis maledicunt & habentur deteriores: & seipsos seruitia faciunt.

Zoilus quidam sophista ausus pluribus commentariis Homerum lacerare: Ptolemaeo regi aegypti commentarios obtulit: ingens se sperans munus a rege assequuturum. Quom uero nihil mitteretur: penuria coactus misit, qui peteret. ibi ptolemęus se mirari ait: Quom Homerus tot annos defunctus tot millia hominum pasceret: Zoilum Homero doctiorem egere. Denique occasione oblata supplicio affectus: atque is Homeromastyx dictus est.

Lucius Crassus nullius rei se tam poenitere dicebat quàm quod Carbonē accusasset.

Memnon pro Dario contra Alexandrum pugnans: quem militem e suis unum nefaria contra Alexandrum obloquentem audiret: lancea percussit: addidit'que ego te pasco: ut pugnes contra Alexandrum: non ut maledicas.

Daphitas grammaticus: quom uersibus reges incesseret: ab illis crucifixus est in monte qui chorax dictus est.

Xenophanes Colophonius Homeromastyx: quom apud Hieronem Siciliae regem lamentaretur paupertatem quod uix alere duo famulos possent nutriri: At Homerus inquit cui tu detrahis plusquam decē millia hoīum alit uel mortuus.

Timagenes historiarum scriptor mirae mordacitatis homo in augustum uxorē'que eius inuectus est: quare ab Augusto illi domo interdictum est: sed ipse Asinio Pollioni quo cū antea simultates intercesserāt adhaesit: Dicenti'que Pollione Caesari augusto si iubes Cęsar statim illum domo exigam. Hoc'ne inquit augustus dicam: quom ego uos in gratiam reduxerim?

Domitianus imperator calumniantiū hostis fuit: ferebatur'que: uox eius princeps qui delatores non castigat: irritat.

Melissus philosophus quom probro illi daretur: quod maledictis indignaretur.

Si maledicta inquit ęquo animo admittam:ne laudes quidem sentiam.

Cæstius declamator nullius ingenii homo: Ciceroni fuerat infestus. Is aliquādo quom apud M. Tulliū Ciceronis filium Asiam obtinentem coenaret: Cicero'q cui tum natura:tum ebrietas memoriam abstulerat: sæpe rogitaret: quis ille uocaretur:qui in imo recumberet: & tamen sæpe Cæstii nomen excidisset: nouissime seruus:ut aliqua nota memoriam eius faceret certiorem:interroganti iterum domino: Hic est ait Cæstius:qui patrem tuum negabat literas scisse. Afferri protinus Tullius flagra iussit: & Ciceronis(ut oportuit) de corio Cæstii satisfecit.

Opilius Macrinus imperator delatores si non probarent:capite afficiebat: si probarent delato pecunię premio infames dimittebat. Marcianus lib. xlix. dig. Nō tantum ait delator punitur si nōn probauerit. sed & mandator quem ipse exhibere debet delator.

Cicero in Cælium melius deferentem quàm defendentem crimina:urbane bonā dextram:malam sinistram habere Cælium dicebat.

Asinus Pollio quom orationes condidisset in Plancum quas post Planci mortē legi uolebat:audiit à Planco cum mortuis non nisi laruas luctari. Solon legē condidit:quæ prohibebat in defunctos maledicta conicere.

Aristoteles quom audisset à quodam maledictis lacessitum. Vrbane ait absentē etiam uerberet.

Aristippus quom aliquando cōuiciis ageretur:abibat: Insectatore uero prosequēte:ac dicente cur fugis? Quoniam inquit maledicendi tu potestatem habes Ego uero non audiendi.

Antisthenes quom audisset Platonem illi maledicere. Regium est inquit male audire:quom benefeceris.

Philippus Macedo:conuiciis à Nicandro lacessitus: plurimis cœpit illum donis honestare:quibus acceptis cœpit Nicander laudare: Ad amicos igitur conuersus Philippus uidetis ne ergo & nostrum esse & bene & male audire.

Alexander Macedo: à conuiciatore plurimis conuiciis affectus: non excanduit: sed tantum dixit Regium est benefacere & male audire. Plutarchus uero ait: eum dixisse Regium est à quibus male audias:magis esse beneficum.

Antigoni milites quom in in illum probra iactarent: ignorarént'q antigonum adesse:tentorio uirga patefacto: Flebitis inquit nisi longius amoti male nobis dicetis. ex Plutarchi apoth. Seneca uero lib. iii. de Ira ait illum dixisse longius discedite: ne rex exaudiat.

Idem Antigonus quom per noctem milites omnia sibi mala imprecantes audisset: quod rex in illud iter inextricabileq lutum adduxisset: accessit ad eos

ignorantesq; à quo adiuuarentur:explicuit. Nunc inquit maledicite Antigono cuius uitio in has calamitates incidistis. Ei autem bene optate: qui ex hac miseria uos abduxit:

M. Crassus quom leui momento amorem simul & odium permutatet: eorundemq; hominum & patronum & accusatorem: & legum earundem suasorem & dissuasorem breuis temporis interiecto spacio esse instaret: sollicitudines maximas incutiebat: unde Sicinius multa in quoscunq; probra iacere consuetus: aliquando rogatus cur soli Crasso in conuicus parceret; fœnum enim inquit in cornu habet.

Demosthenes iussus ab Atheniensibus ut quendam accusaret: recusauit: sed facta in eum populi reclamatione: resurrexit: ac dixit: uos me uiri Athenienses consultorem habebitis etiam inuiti: calumniatorem uero: nec si uelitis quidem.

Pisistratus Atheniensis tyrannus quom in eius crudelitatem ebrius cōuiua multa dixisset: irritantibus amicis ad pœnas de conuiua sumendas: dixisse fertur: non magis illi se succensere quàm siquis obligatis oculis in se occurrisset.

Pyrrhus rex quom audisset multa in se dicta conuicia: conuiciatores ad se deduci iubet: deductosq; interrogat: num quę dicerentur dixisse aduersus se dixerint: respondente quodam ex us ita est ò rex: & plura etiam dixissemus si plus uini affuisset: ridens Pyrrhus eos statim dimisit.

Dionysius senior à duobus adolescentibus laceratus conuiciis: utrunq; ad cœnā uocari iussit: alterum uinolentum ebrietatiq; penè obnoxium dimisit: alterum parciorem tanquam formidandum occidit:

Stesichorus quom Helenam carminibus insectatus esset: in cæcitatem incidit. quom uero re intellecta palinodia esset usus: atq; dixisset: Non uerus sermo ille fuit: nec nauibus altis. Existi fugiens: nec adisti pergama Troię: uisum recuperauit: aut Socrates in Phedro Platonis.

Deferre non posse mulieres obscœnus infirmitatem & damnati ob ignominiam: neq; milites: neq; ueterani: neq; uiri clarissimi ob dignitatem author est Marcia. libro. xlix. digestorum.

Thrasippus quom in cōuiuio multa in Pisistratum tyrannum opprobria dixisset: usq; etiam illius expuisset: postridie digesta crapula de inferenda sibi morte cogitabat. Pisistratus uero ut conuicia facile tulerat: ita data fide à mortis proposito reuocauit. Idem exēplum puto esse cum pręcedenti de Pisistrato ex seneca

Aristippus maledico: utinam inquit tu tuæ linguæ sicut ego aurium mearum dominus esses:

Pyrrhus quom à quibusdam rogaretur: ut maledicum quendam ex Ambracia pelleret: respondit potius apud paucos illic manens. quàm apud multos de no-

bis obloquatur.

Alcibiades canem miræ magnitudinis abscissa cauda per urbem dimisit: hoc quom multis stultum atq; ineptum uisum esset: monentibus eum amicis: ac sermones qui de eo circumferebantur enarrantibus, ridens Alcibiades: sic inqt res ut intenderam successit: hoc enim Atheniensibus loquendi uolui præbere argumētum: ut eos à peioribus quæ de me dicere audireq; soliti sunt nouis his rebus auerterem.

Philippus Macedo amicis suadentibus ut maledicum domo exigeret: non faciā inquit: ne circumiens inter plures maledicat.

Cato senior cuiusdam qui multis intemperantiæ notis inustus erat probris uexatus: Impar mihi tecum ait certandi conditio est: Nam & male audire & maledicere tibi facillimum: simul & promptiss. est. sic & mihi maledicere insuaue est & insuetum.

Valer: Martialis in Mamercum maledicum ad Aulum.

Vt bene loquatur sentiatq; Mamercus: Efficere nullis Aule moribus possis:
Pietate fratres curios licet uincas: Quiete Neruas: comitate Drusones:
Probitate Marcos. æquitate Mauricos: Oratione regulos: iocis Paulos:
Rubiginosis cuncta dentibus rodit: Hosem malignum forsan esse tu credis?
Ego esse miserum credo: cui placet nemo.

Cleomenes maledicenti urbane ait: an propter hoc tu omnibus maledicis: ne tēpus de tua loquendi malignitate habeamus?

Plistarchus Leonidę filius dicenti cuidam quod à maledico laudaretur: miror inquit nisi quis illi dixit me mortuum esse: nam uiuentem ille posset laudare neminem.

Augustus quom accepisset quod Aemilius Aelianus Cordubēsis inter cætera crimina male de illo sentiret: conuersus ad accusatorem commoto similis: uelim inquit hoc mihi probes: Faciam sciat Aelianus & me linguam habere: plura de eo enim loquar.

Idem Augustus indignanti Tyberio: ac per epistolam etiam conquerenti apud eum de conuiciatore: respondit: ætati tuæ mi Tyberi noli in hac re indulgere: & nimium indignari quemquam esse qui de me loquatur male: satis est enim si hoc habemus ne quis malefacere possit.

Tyberius in initio principatus in conuiciatores dicere solebat in ciuitate libera linguam quoq; liberam esse debere.

cus existimatur Iuno apud Homer. Laminam in auriculis gestat. Libertinus apud Iuuenalem molles quod in aure fenestrę arguerint:Lybe quodã dicente Ciceroni non audire illum Atqui ait aures imperforatas non habes.

Nullum hebetiorem sensum auditu in nobis eẽ. Auditum uero acerrimũ quom ægyptii significare uolebant:leporem pingebant:est n. lepus acerrimi auditus.

BONOS PAVCOS ESSE ET DE BONIS.



Ittacus Mitilenęus dicere solebat Perdifficile est bonum esse. Dicenti ꝗ phocaico. Quærendum esse studiosum ac frugi uirum. Etiam inquit si ualde quæsieris, non inuenies: uide Exemplum .l. Fimbriæ in capite de Iudiciis. Protagoras apud Plato. ait. Dicit enim Simonides. Difficile esse uirum uere bonum fieri manibus pedibus'ꝗ:& mẽte tetragonum. i. absꝗ uituperatione fabricatum

Diogenes cynicus rogatus ubi nam græciæ uiros bonos uidisset: uiros quidem ait nusquam: sed lacedæmone pueros.

Vir optimus semel à condito æuo iudicatus Scipio Nasica à iurato senatu. Sicut & Socrates ab Apolline: uir bonus alia's prauus aliĩs bonus est inquit Plato. in Protagora.

Pedaretus laconicus uir usꝗ quaꝗ bonus Quom in numerum trecẽtorum nõ esset electus: abibat fronte serena ueluti gestiens: quod ipso meliores trecẽtos haberet ciuitas.

Photionis altera uxor fuit morum bonorum uirtutis ꝗ amans: & quom mulier quædam nobilis Ionica athenas profecta cum illa amicitiam copulasset, aureosꝗ illi torques uariis'ꝗ gemmis distincta monilia mũdum sui corporis ostẽtasset: Tum illa meum uero ornamentum ait est Photion.

Apollonius Tyaneus philosophus Pythagoreus: uir quidem apprime bonus: quom ad iudicium ad Domitianum adduceretur: apud quem accusatus fuerat: nec esset facilis à uiro crudeli elapsus. tantum uirtuti confidebat ut quom ductori dixisset: quo duceret. Dicente illo ad iudicium: contra quem inquit dicturus sum?

Socrates dicebat ad gloriam compẽdiaria uia peruenire eos: qui tales essent: quales uellent uideri. Idem apud platonem. yri. li. ait uiros bonos similes diis esse.

Bonus uir is est inquit Seneca qui eo perduxit affectu animum: ut non tantum peccare nõ uelit: sed etiam non possit. Cicero in epistola ad. Q. fratrem: Nam ut quisꝗ est uir optimus: ita difficillime esse alios improbos suspicatur.

Charides photionis gener quom pitonicæ Arpali filiæ curam bonorum'ꝗ tutelam suscepisset: ea'ꝗ dilapidasset. Harpalicæ pecuniæ reus accersitus: photionis soceri auxilium implorauit. Ille uero ego inquit te photioni honestus tantum

in rebus generum mihi adsciui.

Plato de legibus tria esse quæ ab hominibus bona reputantur Bona ait animi corporis:& pecuniæ.

DE BIBENDI RATIONE ATQVE VINI.



Vcius Cotta uini appetentissimus:quem censor esset atq; ciceroni sitienti in foro ad bibendum aqua esset oblata: uocatis amicis circuntegite me inquit ne si censor sciat me aquam potare · senatu amoueat.

Demetrius quom multos dies dedisset operam potui:atq; deinde coram Antigono quereretur se molesto rheumate correptum esse:urbane Antigonus audiui iquit:sed illud quæso Thasiũ an chiũ rheũa fuit?

Diogenes cynicus quem domi cuiusdam luxuriosi inscriptum legeret: Venalis sciebam inquit:quia uini crapula obsessa facile dominum euomeres:

Tyberius claudius bibendi rationem adeo excessit: ut per iocum pro tyberius claudius Nero :Biberius cladius mero sit nuncupatus:integro'q; bibit biduo no cte'q; cum pomponio pisone:ex Tranqui.Pli.uero ait potationem cõtinuatam biduo duabus'q; noctibus:appellat'q;.L.pisonem : ut infra dicetur.

Bonosus qui imperator postea factus est parum'q; tamen imperauit.tantum bibebat quantum hominum nemo.de hoc dicebat urbane Aurelianus : non ut uiuat natus est:sed ut bibat:superatus 'a Probo imperatore laqueo uitam finiuit obiectus'q; iocus amphoram pendere non hominem.

Alcibiades bibendi palmam apud græcos meruit:apud nos cognomen etiã Nouellius Mediolanensis Tricongii:ad consulatum usq; 'a prætura honoribus gestis:tribus congiis epotis uno impetu:spectante miraculi gratia Tyberio principe:Tricongii rata gloria:nõ labasse sermone:nec leuatum uomitione· nõ altera corporis præ:dum biberet matutinas obisse uigilias:plurimum hausisse uno potu:plurimũ aliis minoribus addidisse:optima fide non respirasse in hauriendo:neq; expuisse:nihil'q; ad elidendũ in pauimento reliquisse:diligenti scito legum contra bibendi fallacias:

Ciceronem M.Tullii filium binos congios simul haurire solitum Tergilla obiicit.M.'q; Agrippæ 'a Marcido & temulento scyphum impactum:Sed nimirum hanc gloriam auferre Cicero uoluit interfectori patris sui.M.Antonio.Is enim ante eum auidissime appræhenderat hanc palmam: edito etiam uolumine de sua ebrietate.Ex Pli.li.xiiii.

Lucius Piso quod biduo duabus'que noctibus potationem continuasset 'a

Tyberio curator urbis creatus e :Is ebrius factus ad sextam diei horam dormi ebat ait seneca in episto.

Syracusis quędam repertum esse scribit pli.li.x. tandiu bibere solitum:donec ab eo cooperta interra foetum ederent oua:

Cato quoq;.Iunior hoc uitio notatus:hunc quom Mēmius quidā totas noctes e brium esse dixisset : respondit Cicero:at non illud addis totos dies ad aleam ludere?Plato fomitem incitabulum'q; ingenii uini abundantiam dicebat.

Pacuuius qui syriam usu suo fecit cum uino:in cubiculum ferebatur 'a coena:ut in ter plausus exoletorum hoc ad symphoniacā ereiur ·βεβίωται βεβίωται·idest uixi nullo non die se efferens.

Cossus relictus 'a Tyberio urbis prefectus saepe ebrius somno'q; inexcitabili op pressus 'a senatu tollebatur

Mulier quaedam 'a Philippo Maced : immerenter ob temulentiam damnata:ebri tatem Philippo obiiciens:prouocarem inquit ad Philippum sed sobrium

Dionysius minor ebrius in nonagesimum usq; diem perseuerabat:ob eam'q; rem caecutientibuus oculis fuisse. Heraclides quidam Pyctes neminem in potan do parem inuenit.

Alexander Macedo bibendi certamen apud persas instituit:ibi bibacissimus om nium Promachus quatuor ingurgitans canthareos palmam meruit:uniusq; ta lenti coronam accepit:tribus tantum postea superstes diebus:craterē'q; unum & quadraginta potando spiritum eructauit.Medicus Tyberii filius omnes su perabat adhibitis prius sex aut quinq; amygdalis amaris.

Idem Alexander uini appetentissimus inconuiuio siue inuidia laudis paternę siue ob ebrietatem Clytum amicissimum cōcedit: postea uero qu'am animus quie uit:in locum'q; irę successit aestimatio pigere coepit:amicum'q; & senem occi disse dolebat.Eodem'q; furore mortem sibi consciscere uoluit:fecisset'q; nisi ami ci incruenissent quem prius mortuū amplexus esset uulnera'q; tractasset:uix q; etiam ad cibos reuocatus est. Mithridates quoq; cum.xxxx.annos 'a romanis pugnatum est:& uinolentia notatus & gulositate est.

Sparamizas Metrodati qui ob ebrietatem Cyti mortem apertuerat:recte inquit se habet illud:quod crebro usurpatum 'a graecis uinum & ueritatem esse Pli. Vulgo'q; ueritas Iam attributa uino est. Horatius. Quid non ebrietas desi gnat? operta recludit

Vlyxes apud Hom.In odys.Eumęo subulco ait uinū.n. intitat blandū : Quod uel prudentissimum ad loquendum ridendum'q; atq; etiam ad saltandum im pellat ac tandem ad enunciandum secretum.

Androcydes sapientia clarus ad Alexandrum scripsit intemperantiam eius cohi bens uinum potaturus rex memento te bibere sanguinem terrae.Cicuta homi ni uenenum cicuta uinum Apud lacedęmonios non erant cōpetationes ita.n. minos sanxit ne inuicem cōpotetis ad brietatem:ex socrate apud Plat.

Astyages apud Xenophontē in pędia quom rogasset Cyrum quamobrem uinū non absorbuerit quod metueram inquit medius fidius ne in cratere mixta ue nena forent: etenim quom tu in natalitiis amicos adhibuisti perspicue didici cū uobis uenena infudisse: & quo pacto inquit ille o fili hoc dignosti? Quod ui debam uos neq3 corporis esse neq3 mentis compotes.

Dinocrates In conuiuio temulentus muliebri saltarat habitu: Postera die a T. Q ui tio petit subsidium: quod animo uersarat Messanam ad defectionem ab acheo rum imperio pellicere: tum Titus de iis uiderimus. Tu uero miror inquit si hu iusmodi res moliri audeas: quom uina saltare & cantare studeas.

Spartiatę ueteres in festorum celebritatibus consueuere agrestes homines qui di cebantur Lotę quantum poterāt maxime ad potum crapulam'q3 compellere eos'q3 deinde mero ingurgitatos in conuiuia iuuenum adduci iubebant: ut illi ebriorum turpitudinē aspiciētes ebrietatem ueluti rē deformē abhorrescerent.

Anacharsis interrogatus Quo pacto quis abstemius fieret: Si turpes inquit ebri osorum motus sibi ante oculos ponat. Idem dicebat uitem uuas treis ferre pri mam uoluptatis secundam ebrietatis Tertiam moeroris.

Democritus quaternos cyahatos potandos uetabat propter numerum quater narium inauspicatum.

Heliogabalus in ebrios amicos nocte plerumq3 leones & leopardos & ursos im mittebat exarmatos: ut expergefacti in eodem cubiculo feras inuenirent: ex quo plęriq3 exanimati sunt.

Augustus adeo parcus uini ut nunquam amplius q̄ ter in coena biberet: Immo In oratione quam habuit de compescenda uinolentia ait ab Agrippa genero prouisum perductis plurimis aquis ne homines sitirent. Item Iulius Cęsar.

Apud ueteres duobus uini cyathis tres aquę miscebantur. Maronei uini uni par ti uiginti aquę addebantur. celebratur ab homero.

Foeminis apud ro. uino interdictum est. Egnatius Mecennitus uxorem quod uinum bibisset e dolio: confecit: a Romulo'q3 absolutus est. Matrona quę lo culos īquibus erāt claues cellę uinarię resignauisset a suis Inedia mori coacta ē

Cn. Domitius Iudex pronunciauit mulierem quę ui a est plus uini bibisse q̄ in ualetudinis causa uiro insciente dote mulctauit.

C. Censius uinum chium domum suam illatum dicebat tunc primum: quom si bi cardiaco medicus dedisset.

L. lucullus puer apud patrem lautum conuiuium nunquam uidit: in quo plus se mel uinum grecum daretur.

Hecuba quō hectori filio apud home. Iliad. vi. dixisset recreabit te mihi crede po tus. hominis nanq3 defatigati ac defecti suaui uino & animus excitatur: & ro bur exurgit: respondit hector. Noli uinum ueneranda parens afferte. ne me po tius enerues: animus'q3 mihi robur'q3 elanguescat.

Plutarchus in lycurgo ait apud Spartā infantes uino allui a mulieribus periculū

de illis facientibus. Dicitur enim comitiali morbo infantes: aut alii ægritudini obnoxies admeto mero debilitari ac resolui. Qui autem essent fumæ ualetudinis magis & acuere & firmare habitum.

ino medico nerues iuuari: ecpiosiore lædi: oculos stomachum modico recreari Appetentiā uino ciborum incitari: tristitiç curam hebetari: urinam algorem'q ex pelli: somnum conciliari: uomitiones sisti. Asclepiades utilitatē uini æquari uel deorum potentiæ posse pronunciauit. Meracis potionibus. xx. diebus ante canis ortū totidem'q postea iubet uti Hesiodus Diodo. li. y. ait. quom puer in cœnis uinum datur: omnes deum sospitem optare bibenti: quom uero post cœnam aqua mixtum sumitur: Iouem uocari saluatorem. Nam puri uini potus ad insaniam redigit: Aqua mixtus uoluptatem lçtitiam'q affert: insaniam'q phibet.

Atheniensis hospes apud Plato: de legibus ait pueris usq ad. xviii. annos uinū interdici oportere: deinde moderate utantur usq ad. xxxi. annū: a quadragesimo uero cōuiuio uino'q indulgere quo reiuuenescere uideant: & mœstitiç capiat.

Idē ait Carthaginēsium neminē in castris uinū bibere in oī militiç tpe (obliuio) in urbe seruos seruas'q interdici: atq magistratus oēs toto magistratus tpe.

Lycurgus Thrax quem aquā uino miscuisset'e baccho in mare pręcipitatus est:

Cleomenes spartanus Scythis conuersatus: eorum'q uinolentiam imitatus: in insaniam uersus est: Scythæ enim uinosissimi sunt.

Persæ de rebus magnis inter uinum consultant: putantes firmiores fore res: quæ inter uina qua'm quæ in sobrietate decernerentur: xenephon in Agesilao ait Persarum reges orbem circuire ad suaues potus inueniendos.

Romulum ad cœnam uocatum non bibisse nimium ferunt: quia postridie negocium hēret: ei quem dcm̄ esset. Si istuc oēs hoies faciant: uinū uilius sit. rndit immo uero charius: si quantumquisq uolet bibat. ego enī q̄tum uolui bibi.

Leotychidas primus spartiata rogatus quare parum bibant spartiatæ: Ne inquit pro nobis alii consulerent.

Cyneas Pyrrhi legatus miratus uitium altitudinē Aritiæ: facete ferūt lusisse in austeriorem gustum uini: Merito matrem eius pendere in tam alta cruce:

Mezentium etruriæ regem auxilium rutulis Turno'q contra latinos tulisse uini mercede author est. M. Varro: Senonas gallos uino & caricis ab Italia allatis ad expeditionem Italicam allectos constat.

Iulium uictorem eqtem Ro. e uocontiorū gente fœderata in pupillaribus annis aquæ subter cutem fusę morbo: phibitum a medicis naturā fecisse cōsuetudine: atq in senecta caruisse potu. Cōcretis q sunt sine medulla ossibus nō bibūt

Apud Sarmatas belua est quam colon uocāt magnitudine inter ceruū & arietē naribus potans trahit ad caput aquā quā postea cōplures dies ad usum seruat

Bibebatur olim in talorum etiam iactu Hor. nec regna uini sortiere talis Plinius alius quantum alea quæsierit tantum bibat.

Bibaces Thericlei amici dicuntur: Thericles enim poculum inuenit.

Potationem à dextra incipere ait Antinous apud Homerum: uinum nigrum in odyss:celebratissimũ.uinum heroicis temporibus in utribus ferebatur autho-
L.Opimio consule omnibus uini generibus bonitas fuit. (re eodem.
Aethiopes qui extra arabicum sinum sunt nunquam bibunt:nulla'q; animi perturbatione anguntur nullo'q; aut aspectu aut sermone nauigantium mouentur:sed aspicientes imobiles stare:pcussi'q; ense non effugiũt: de iis ĩfra ĩ capite
Cassius inquit Seneca li.xii.epist.tota uita aquam bibit. (de pacientia.
Apd idos siq̃ mulier ebriũ regẽ occiderit:munus hẽt ut cũ illius successore iũgat.
Iarchas philosophorum indorũ præstantissimus apud Philostratum ait: si oua noctuę mediocriter elixata comedenda dentur:uini odium fieri.

DE BENEFICIIS:



Beneficiis non homines solum:sed feras etiam deuinciri exemplis sequentibus constabit.
Fama est celebrem fuisse quempiam in uadimoniis faciendis:is S uenatores qui lupum irretitum haberent incidit:& per iocum rogantibus illis uellet ne pro lupo uadem se constituere: ut illata ab eo damna persolueret:sic'e retibus belluam demissuros: fideiussit:emissum deinde lupum permagnum equarum armentum agitantem illæsum ad fideiussoris stabulum adduxisse.
Helpis Samius os 'a leonis ore detraxit.sed tradunt quamdiu in littore ad quod nauis appulerat:steterit: retulisse gratiam uenatus aggerando:est exẽplum Androdi in cap.de miraculis.
Philinis philosophi pater in solitudine catulos pantheræ in foueam delapsos quom extulisset.Panthera cum iis prosequens illum usq; extra solitudines deduxit læta ac gestiens:ut facile appareret gratiam referre.
Thoas admodum puer Draconem domi aluerat.sed deinde pauens serpentis naturam & magnitudinem:in solitudines tulerat: in quibus circumuento latronum insidiis agnito'q; uoce subuenit.
Est pręcelebris apud Seston urbem gloria aquilæ: educatam à uirgine retulisse gratiam:aues primo:deinde uenatus aggerentem:Defuncta postremo in rogũ accensum eius iniecisse sese:& secum conflagrasse.
Aspis ait Philarchus ad mensam ęgyptii cuiusdam alebatur assidue: ea enixa est catulos: quorum ab uno hospitis filius interemptus est ea reuersa ad consuetudinem cibi:ut culpam intellexit:& necem catulo intulit: nec postea intectum reuersa est:uide exemplum in capite de pecuniis in Ithacensem.
Laudantibus quibusdam coram Diogene uirum qui Diogeni erogauerat: Vrbane.Me autem ait Diogenes non laudatis:qui accipere merui.
Syloson Dario nondum Regi amiculum dono dederat sibi percharum: Nacto

impium Dario rem accedens exposuit: libenter ab illo exceptus est: oblatum'q; insuper illi ut siquid uellet confidens expeteret: is petiit ut samum sibi restituendam quæ fratris Polycratis fuerat: curaret. atq; a Dario impetrasse.

Diogenes Cynicus rogatus cur cynicus. i. canis uocaretur? Quod eis inquit blandior qui dant: in eos autem qui non dant oblatro: Malos autem mordeo.

Simonides quom ignotū quendam piectum mortuū repetisset: eum'q; humasset: haberet q; in animo nauem conscendere: moneri in somnis uisus est ne id faceret ab eo quem sepultura affecerat: Si nauigaret naufragio periturum: itaq; Simonidem redisse: periisse cæteros qui nauigassent.

Aristomenes Messenius uictis laced æmoniis. xv. uirgines abduxit: quas quom comites uellent uiolare: seruauit: occisis etiam aliquibus e comitibus sed redemptę a cognatis puellæ: quom uiderent Aristomenem cædis reum fieri: tandiu ad patriam non sunt reuersę: quandiu iudicum aduolutę genibus defensorem pudicitiæ suum absolutum cernerent.

L. Cinna quom in Augustum conspirasset. super'q; uindicta Augustus decerneret. Eius uxor Iulia Augustum monuit. ut nō animaduerteret in Cinnam uiā dicta: sed beneficiis potius illum ad se deuinciret: uocato'q; Cinna: quom insidias ab eo constructas inuenisse Augustus diceret: præteritis rebus omnibus omissis: rogauit Cinnam ut mallet in amicitia quàm in huiusmodi machinationibus perstare: ultro'q; illi non audenti consulatum petere: obtulit. amicissimum'q; deinceps ac fidelissimum habuit ex Seneca de clementia: Idem'q; in prouerbiis beneficium accipere libertatem uendere est.

Archelaus: ex Socratē ut ad se ueniret rogauit: sed dixisse Socrates traditur: nolle ad eum uenire: a quo acciperet beneficia: quod reddere illi paria non posset.

Cæsaris ueteranus causam ob uiam uicinalem quom diceret coram Cæsare. Meministi inquit imperator talum te extorsisse circa Sucronem: dicente Cæsare meminisse: Meministi inquit sub quadam arbore minimum umbræ spargente quom uelles residere feruentissimo sole: quendam ex commilitonibus penulam suam substrauisse: Et quid ni inquit meminissem quom siti confecto aquā in galea homo strenuus mihi attulisset? Potes inquit imperator agnoscere illum hominem aut galeam? Tu utiq; ait Cęsar non ille es: Merito inquit Cæsar me non agnoscis. Nam quom hoc factum est integer eram: postea ad mūdam oculus mihi effossus est: uetuit illi negocium Cæsar exhiberi: ac agellos quibus uicinalis uia causa litis fuerat militi donauit.

Socrati quom multi multa pro facultatibus offerrent: Aeschines pauper auditor nihil inquit dignum te quod dare tibi possem inuenio: itaq; dono tibi quod unum habeo meipsum. Hoc munus rogo qualecun'q; est boni consulas cogites'q; alios quom multum tibi darent: plus sibi reliquisse. cui Socrates quid ni? Tu inquit mihi magnum munus dederis: nisi forte paruo æstimas.

Beneficiorum examen ex animo ex'q; dantis iudicio trutinari Cicero & Seneca

ostendunt. Proinde Chrysippus pansienus dicebat quorundam se iudicium malle quam beneficium: & quorundam beneficium quam iudicium: malo dicebat Diui Augusti iudicium: malo claudii beneficium.

Fabius uerrucosus beneficium ab homine duro aspere datum panem lapidosum uocabat. Seneca de beneficiis nil tam charius emitur quam quod multis precibus comparatur. quare uerissimum extima quod ille comicus dixit: quid tu, nō intelligis tantum gratiæ demere: quantum more adiicis? Mar. munera qui tibi dat locupleti Gaure seniq; Si sapis & sentis hic tibi ait morere:

Archesilaus latere omni studio beneficium uolebat, aliquandoq; ad Ctesibium ægrotum ingressus: uidens inopia rerum illum laborare: plenum nummis sacculum clam eius puluino subiecit.

Aristoteles insimulatus quod improbo uiro opem tulisset: non inquit mores miseratus sum: sed hominem: Et alias insimulatus quod stipem petenti nō bono animo dedisset. non homini inquit dedi: sed humanitati.

Ennius benefacta male collocata: malefacta arbitror ait Cicer li. iii. off. Philippus in oratione contra lepidum. Nam ubi malos ait præmia sequuntur: haud facile quisquam gratuito bonus est.

Strabo ait mortales maxime deos imitari quom benefici sunt: unde prouerbium homini homo deus: Seneca li. de moribus qd est dare beneficiū? deū imitaris

Beneficii accepti nunquā oportet obliuisci. dati ꝑtinus ait Seneca li. de moribus.

Simonides apud xenophontem ait Hieroni succurrat tibi quæso quod nihil uilius emitur: quam quod præmio comparatur:

Vespasianus monentibus amicis ut a metio Pompusiano caueret: quod uulgo crederetur genesim habere imperatoriam: consulem illum fecit: spondens quā doq; beneficii memorem futurum.

Darii regis mr̄ amisso filio a fastigio tātę maiestatis in captiuitatē redacta: idulgētię uictoris Alexādri adeo debebat: ut audita Alexādri morte sibiipsi mortem consciuerit:

DE BASIATIONIBVS:

Festiuum Valerii martialis epigramma in Linum:



Bruma est & riget horridus decēber: Audes tu tn̄ osculo niuali
Oēs obuios hinc & hinc tenere: Et totā line basiare Romā:
Quid possis grauius q; serius'q; peussus facer: atq; uerberatus?
Hoc me frigore basiet nec uxor: Blādis filia nec rudis labellis:
Sed tu dulcior elegantior'q; Cuius liuida naribus caninis
Depēdet glacies: riget'q; barba: Quale forcipibus metit supinis
Tonsor Cyniphio cilix marito: Centum occurrere malo cunnilingis.
Et gallum timeo minus recentem: Quare si tibi sensus est pudor'q;
Hybernas line basiationes In mensem rogo differas Aprilem.

Oscula a uenientibus dari coepta uidentur:quia quom Romae sancitum esset ne mulieres uinum biberent:uenientes uiri propinquiq; mulieres osculabantur an temetum olerent ait Pli.Plutarch.in poblematis alias affert rationes. & in Romulo ait:ex mulieribus Troianis quae quom nauem incendissent: placandorum gratia uirorum in frótibus sunt deosculatae:natum esse ut cognati iungerent oscula. Tyberius imperator quotidiana oscula prohibuit edicto. Cato ait:id quod Pli.qui ab eo mutuatur:uino enim suetat mulieribus interdictum ut dictum est.unde arbitror factum uti:neq; cereri: neq; bonę deae uino sacrificaretur:licet Macrobius aliter dicat.

Apud Persas peculiare erat osculum dare quos uolebāt honorare.Numidę nulli mortalium osculum ferebant.

Demetrius quom Lamiam meretricem deperiret:aliquādo reuersus domum Antigonum patrem arctissimis basiis osculatus est: Antigonus igitur filii oscula taxans:Lamiam inquit o fili deosculari uideris.

Nausicaa Homerica Vlyxem monet ut ad matris genua procumbens manus deosculetur. Dextrę ait Pli.etiam religionem esse quae osculis auersa appetitur.

Catoni finito prouinciae tempore milites in itinere uestes sternebāt manusq; deosculabantur:quod non nisi imperatoribus idq; perpaucis dabatur ait Plutarch

L.DOMITII BRVSONII LVCANI FACETIARVM EXEMPLOR. Q. LIII.AD MECOENATEM

DE CONSTANTIA.



Bsoluto libro primo.Mecoenas:ad secundum transituris principium a' Constantia auspicabor:qua nihil est magno uiro aptius-nihil praestantius:& qua tu tantum polles- ut nullis fortunę irascentis ictibus-nullis rursus arridētis successibus agiteris-quin tui semper sis similis. Taceo munera-magistratus-dignitates-pro quibus homines inter se dimicant... gladiantur qua'm constanti animo abieceris - ne fidei constantiaeq; tuae tantillum deesses. Res est notissima : plurimisq; poetarum decantata poematibus-a' nobisq; non intacta.

Philoxenus poeta quom iunioris Dionysii tyranni poemata utpote indocta stomacharetur:in lapidicinas detrusus est:sed inde amicorum precibus reuocatus-ubi demum Dionysium sua carmina recitantem audiuit-surrexit- & rogatus a'Dionysio quid ita fecisset:respondit satius suauiusq; esse in lapidicinis uitam agere-quam eius audire poemata Hor.in carm. Iustum & tenacem propositi uirum.Non ciuium ardor praua iubentium:Non uultus instantis tyrāni.Mente quatit solida:neq; auster Dux inquietus Adriae:Nec fulminātis ma

gna manus Iouis: Si fractus illabatur orbis - Impauidum ferient ruinæ Cæterum Aristophanes in comẽtario Pluti ait Philoxenum ideo in uincula a Dionysio cõiectũ: quod Galatheam illius pellicem uerberauerit: cum'q; scripsisse Polyphemum Galatheam arsisse: quoniam Dionysius eẽt oculis magnis acie uero obtusa ob ebrietatem ut antea dictumest.

Lacedæmones unũ legatũ ad Demetriũ miserant regẽ: stomachato tyranno: ac uociferãte unũ ad me lacedemõii legatũ? nihil exturbatũ rñdisse: unũ ad unũ:

Asdrubalem barbarus quidam ob iram palam interfecti ab eo domini obtruncauit: comprehensus'q; a circunstantibus haud alio quam si euasisset uultu fuit. Tormentis'q; quom laceraretur eo fuit habitu oris ut superante lætitia dolores: ridentis etiam speciem præbuerit. ex Liuio lib. primo dec. tertię. Hunc fuisse Hispanum ait Iustinus li. xliiii

Agesilaus hortante quodam ac dicente ut sibi propter incertam fortunam pareret: At ego inqt me ipm sic assuefacio. ut in nulla mutatiõe quęrã mutatiõem

Manlius quom oblatum a quiritibus consulatum aduersæ oculorum ualetudinis excusatione denegaret. Instantibus cunctis: alium inquit quirites quærite ad quem hunc honorem transferatis: nam si me gerere eum cogeretis: nec ego mores uestros ferre: nec uos meum imperium perpeti poteritis.

Quom ex lycurgi legibus furta pmitterentur: solus'q; qui deprahenderetur poenas negligentiæ daret: Puer quidam uulpeculam furatus: aduenientibus qui amiserant ad quærendum: uestibus occuluit. Feram uero sæuientem ac pueri ipsius latus ad intestina usq; lacerantem: tantisper tolerauit: dum quærentes abirent: reprahensus'q; a pueris quibusdam dicentibus melius fuisse manifestare uulpeculam: quam usq; ad mortem occulere: Minime uero inquit: sed satius est immori doloribus: quam furto deprahendi.

Lysimachus Macedo quom mortem Theodoro minitatus esset: ac Theodorus uim cãtharidis illũ habere dixisset: cruci suffigere minatum irrisit. de quo Cicero li. i. tusculã. Quid Cyreneum inquit Theodorum philosophum non ignobilem: nonne miramur? cui quom lysimachus rerum potitus crucem minitaretur. Istis quæso inquit ista horribilia minitare purpuratis tuis. Theodori quidem nihil interest humi'ne an sublime putrescat.

Zeno quom in Clearchum tyrannum conspirasset: compertus comprænsus: ac tortus dixit omneis tyranni amicos in illum coniurasse: deinde quom diceret se quædam ad aurem loqui uelle: eam mordicus apprehensam non ante dimisit quam dentibus perforaret: demum pręcisam linguam inora tyranni conspuit ciues autem facto impetu in tyrannum lapidibus illum obruerunt. Valerius ait Anaxarchũ ẽt expuisse linguã in faciẽ Nicocreõtis cyprior tyrãni Zeno alius Eleates omneis cruciatus a Phalari cõstanter tulit simulatis tyrãni amicis.

Brutus Cęsaris dictatoris occisor ultimum prælium initurus: quom a quibusdã dissuaderet. Fidenter inquit descendo. Hodie. n. aut recte erit. aut nihil curabo

Aristides quom unam e filiabus Dionysio superiori matrimonio copulasse in doleret: dixisset q; se potius mortem filię imprecari: quam a tyranno detineri: re intellecta Dionysius illum morti destinat: sed interrogatus ab illo num de filiae collocatione quemadmodum prius ita nunc sentiat. Respondit rerum gestarum moesticia affici: dictorum autem nulla poenitentia detineri.

Agis a Leonida in carcerem coniectus quom multa in illum conuicia iactasset: rogatus num poeniteret rerum actarum: non poenitere respondit.

Decimus Brutus. M. Bruti patruelis quom aduersus Antonium in Hispaniam profectus totam lusitaniam subegisset excepta Cynania urbe: quae pertinaciter arma retinebat: redemptionem tentauit: sed ciues prope modum omnes uno ore Bruti legatis responderunt: se a patribus ferrum: quo urbem tuerentur: non aurum quo libertatem ab imperatore auaro emerent: relictum.

Pelopidas ab Alexandro Phęreo captus: regi nunciauit: absurdum esse miseros ciues (phęreos intelligebat) insontes occidi quotidie: sibi autem parci: quem si seruetur cognoscat ulturum: admiratus Alexander eius animi magnitudinem: loquendi q; licentiam: quidnam inquit mortem accelerat Pelopidas? tu autem dis inuisus inquit ille per quam celeriter optes.

Thebe Alexandri Phaerei uxor quom ad uisendum Pelopidam qui ab Alexandro in uinculis cogebatur descendisset ac dixisset Pelopidę: Miseret me tuae uxoris: & me respondit Pelopidas tui: quod libera quem sis Alexandrum feras.

Agis Spartanus de quo supra in carcerem q Dechas dicebatur: in quo morti addictos strangulari fuit consuetudo: a Leonida coniectus: quem lictore plorantē & circa opus titubātem aīaduertisset: omitte p me has lachrymas amice inquit fundere: sic. n. iniuste contra q; ciuitatis leges moriens lōge melior sum quam qui nup morte dānarūt: atq; hęc dicēs: ultro collū laqueo innectēdū praebuit.

Pomponius miles romanus captus a Mithridate sub Lucullo impatore: multis saucius uulneribus rogatus a Mithridate si curatus ei foret amicus: ero iquit Pōponius si tu Romāis amicus fueris: sin āt inimicus me quoq; inimicū hēbis.

Brutus uictus ab Antōio Octauio q; quem mortē sibi cōsciscere destinasset: multi q; ut fugeret suaderent: surgēs nēpe inquit fugiendū ē manibus nō pedibus.

Photione ab Atheniensibus dānato: quom uenenum alii ante sumpsissent: atq; ob id defecisset: carnifex q; negasset se aliud daturum: nisi. xii. prius dragmas acciperet: tum Photion ne morti mora fieret: quandoquidem inquit o amici nihil empta nece Athenis emori non licet: huic quaeso precium dato.

Rubrius Flauius tribunus quem Neronis iussu urgeretur ad confessionem: quibus causis ad obliuionem sacramenti processisset: Oderam te inquit: nec quisquam tibi fidelior militum fuit: dum amari meruisti. odisse coepi posquā parricida matris & uxoris: auriga: histrio & incendiarius extitisti: & quem uerianius niger: (nam huic mandatum fuerat de Rubrii morte) scrobem in proximo agro effodi iussisset: circunstantibus militibus increpans tanquam scrobē

humilem & angustam: nec hæc quidem inquit ex disciplina: admonitus fortiter prætendere ceruicem: utinam ait tu tam fortiter ferias.

Theramenes ab ephoris morti destinatus ibat ridens: roganti uero cuidam an Spartæ iura contemneret: Minime inquit: sed lætatus sum quia me oportet hanc exoluere mulctam quam neq; à quopiam petii: nec mutuo accepi.

Antipatro petente à Lacedæmoniis obsides quinquaginta Etheocles ephorus dixit se pueros quidem non daturum ne paterna priuati educatione malis moribus imbuerentur: qua carētes ne ciues quidem essent: sed senes mulieres'q; duplo si uelit plures daturum: Illi uero grauius nisi acciperet minitāti: responsum est si grauiora morte imperites: facilius moriemur.

Iphicratis leæna laudatur scortum hæc lyræ cantu familiaris Harmodio & Aristogitoni: consilia eorum de Tyrannicidio usq; ad mortem excruciata tyrannis non prodidit: quam ob rem Athenienses eam in honore uolentes habere: ne tamen scortum incolere uiderentur: animal nominis eius fecere: atq; ut intelligeretur causa honoris in opere linguam addi ab artifice uetuerunt.

Polemon Atheniensis quom eius Suram canis morsu discerperet: non expalluit quidem: tumultu'q; in ciuitate excitato percontatus quid nā illi obtigisset immobilis stetit. De constantia ęthiopum dictum est in capite de bibēdi ratione.

Marius quom uaricibus laboraret: medicum adhibuit: solutus'q; (quod nemini ante Marium contigit) crus alterum secandum præbuit neq; etiam ingemuit: sed medico uolenti alterius cruris uaricem secare: Curationem ait non esse dignam eo dolore.

Socrates morti destinatus decunctis rebus magisquàm de se defendendo cogitare uidebatur: quare Hermogenes Hipponici filius Socratis familiaris: atqui ait par erat ò Socrates de tua defensione curam habere: Nonne ait tibi uideor ò Hermogenes hoc facere: dum quemadmodum uixerim meditor? Aderat etiam Apollodorus quidam Socratis amator: ait'q; ò Socrates hoc grauissime fero quod te iniuste damnatum uideo: Socrates uero ait an tu amicissime Apollodore malles me iuste quam iniuste damnatum uidere? atq; in risum solutus est: ex xenophontis apologia apud quem plura de illo: apud ualerium quę Apollodoro respondisse ait xenophon: xantippe uxori respondisse legitur. Valerius enim multis in rebus perperam ut arbitror a cæteris differt.

Idem Socrates e carcere quom essent qui permitterent fugere noluit. Idem in bello quod ab Atheniensibus ad Potideam gestum est hyeme quamuis sæua nudis pedibus incedebat: stabat à crepusculo matutino in altiori cogitatiōe eodem inixus uestigio in meridiem usq; perseuerabat'q; ad primam facem quod milites admirati lectulum apposuere: sed statu nihil immutato perstitit in cogitatione usq; ad solem orientem: is noctem diem'q; perstabat in intuitu nihil conniuens ex Platone in Symp (nō terruerunt.

Eundem Socratem e cœna redeuntem armati facibus laruati'q; iuuenes adorti

Sulpitius asper Centurio percontanti Neroni cur in cædem suam conspirasset breuiter respondit:non aliter tot flagiciis tuis subuenire potuissem.

Granius Petronius quæstor designatus captus unà cum naue in qua uehebatur à Scipionis Pompeii soceri militibus est. Pollicenti incolumitatem Scipionis constanti animo Cæsarianos inquit milites non accipere ab aliis : sed præstare solere salutem:quo dicto se pugione confecit.

Aristides qui ob uirtutem iusti cognomentum assequutus est : quom duceretur ad supplicium apud Athenas quicunq; ei occurrebat oculos in terram deiiciebat/ingemiscebat'q; quod non in hominem iustum:sed tanquam in ipsam iusticiam animaduerteretur:inuentus est tamen qui faciem eius inspueret:nihilo magis irritatus Aristides faciem abstersit:ac subridens magistratui ait : amoue istum ne postea tam improbe obstitet.

Catilinæ potentia quam Romæ timeretur:Metellus'q; tribunus pleb.ediceret fauente Cæsare ut Pompeius cum exercitu ad urbem uocaretur.Cato intercessit uidebat enim id ad Pompeii potentiam augendam pertinere : sed super ea re quom esset postridie decernendum:atq; amici domestici'q; Catonis periculum illi timentes non cœnarent:uxor'q; atq; sorores luctu se affligerent: ipse Cato intrepidus cœnauit. Postridie uero in forum descendit : uidens'q; Castoris templum armis occupatum:omneis'q; aditus gladiatoribus teneri ipsum'q; sedentem Metellum atq; unà Cæsarem:conuersus ad amicos: o timidum inquit hominem contra unum atq; inermem tantam multitudinem armauit, atq; cum his dictis cum collega Thermo solus exceptus est.Inde se medium inter Cæsarem Metellum'q; coniecit:ut mutua illorum colloquia impediret. Vt uero minister legem manu tenens per Catonem prohibitus esset : & ipse metellus legere cœpisset:Cato librum è manibus extorsit. metelloq; uerba pronunciãti Thermus ori manum apposuit:metellus uero statim iussit armatos qui domi erãt in forum descẽdere:quo facto omnis multitudo fugit: Cato solus relictus lapidibus fustibus'q; concidebatur:nisi murena q'a Catone aliquando accusatus fuerat misertus illius toga ptexisset i Castoris'q; tẽplũ ẽt inuitũ adduxisset

Idem Cato in bello ciuili sæpe dicere solebat:se si Cæsar uicerit moriturum.si Põpeius exulaturum.

Idem Cato eodem quo repulsus est die pila lusit in comitio.

Anaxarchus philosophus captus à Nicocreonte Cypri tyranno in saxũ cõcauũ iniectus est:malleis'q; ferreis cędebatur:Sed pœnæ negligens id tandem ingeminauit:Tunde tunde Anaxarchi uasculum:nam Anaxarchũ nil teris: iubẽte uero illo pręcidi ipsius linguã:fama est pręcisam mordicus i faciẽ eius cõspuisse

Theodorus unus ex coniuratis contra Hieronymum Hieronis nepotem:detecta coniuratione:captus tortus'q; omneis cõscios celauit. Postremo omnibus cruciatus tormentis auertit à conscios in insonteis iudicium: Thrasonem'q; consilii authorem mentitur:qui statim traditur ad supplicium cum cæteris insonę

tibus & cenleiis uero nemo dum torqueretur latuit:aut fugit.

Quem Philippus persei pater in Aemathia sæuisset: Herodium'q; thessalorum principem occidisset:occidit postea generos:&q; omni familia duæ mulieres Herodii filiæ relictæ sunt singulos filios paruos habentes: Theoxena quæ omnium nuptias est aspernata: & Archo quæ Poridi gentis longe principi nupsit: plures'q; enixa partus:paruis admodum relictis obiit: Theoxena ob nepotū curam & ipsa Poridi nupsit: sed quom audissent Regis edictum de comprehendendis pueris nauem cōscenderunt nauigaturi in Euboeam: uento aduerso nihil proficiētes prope terram compulsi sunt: missus'q; a portus custodibus est lembus ad capiendos illos armatus: Poris remiges hortatus precabatur deos ut opem ferrent. At Theoxena uenenum antea paratum diluit:ferrum'q; promit:& posito in conspectu poculo strictis'q; gladiis:Mors inquit una uindicta est: Ita que quom alii ueneno: alii ferro conciderent illa uirum complexa mortis comitem sese in mare deiecit.

Cato iunior uicto Pompeio ne in manus Cæsaris deueniret lecto prius Platonis libello de anima gladio incubuit:sed quom domestici accurrerēt: atq; una filius:medici'q; uulnus alligassent:quasi seipsum increpitans Cato: quod uulnus parum profundum egisset:gratias etiam agens medicis quod uitæ eius prospicerent:quiescere uelle se dixit:solus igitur relictus uulnus manibus rumpit: uiscera lacerat:atq; ita extinguitur.

Portia eius Catonis filia audita Bruti coniugis morte:quom ferrum ablatum sibi esset:carbones ad calfaciendum ardentes petiit: quos allatos auido hausit ore præcluso'q; spiritu occubuit.

C. Mæuius Augusti centurio captus:ad Antonium'q; perductus. Interrogatus quid de eo statui deberet:Iugulari me inqt iubetquia nō salutis beneficio: nec mortis supplicio adduci possum:ut aut Cæsaris miles desinā:aut tuus eē icipiā

Fame urbe laborante annona'q; e Sicilia allata:agitatum est in senatu quantum plebi daretur. Multi uenisse tempus premendæ plebis ratiaus'q; pristinum recuocandi:& cū primis Coriolanus annonam inquit ueterem uolunt: ius pristinum reddant. Concitata plebe in Martium coriolanum a tribunis plebis dies etiam illi dicitur:cui quom patres auxilium non ferrent:agitur in exilium: ipse uero neq; casus suos deflens:neq; execrans:neq; quicquam aliud faciens conspectus est:domum'q; ueniens:nihil uxori matri'q; flentibus pectora'q; tundētibus dixit:præterquā quod æquo animo rem ferant. Ipse ad uolscos profectus:instructis copiis ad fossas ciuilias quinq; ab urbe millia passuum castris positis agrum ro:populatur. Romæ trepidatum: missi legati: dein sacerdotes allis'q; nihil proficientibus: Veturia mater uolumnia'q; uxor accedentes: uix a proposito abduxerunt.

Python Rheginus exul quom ad Dionysiū tyrānum confugisset: mētem'q; tyranni Rhegii potiundi per literas Rheginis nunciasset deprahensus ab illo

machinæ quæ pro expugnando Rhegio parata erat:alligatur: muris q; admo uetur:quo machinę in qua ciuis de patria benemeritus erat pareceret; Pythoń uero exclamans ciues hortabatur:ut tela in machinam contorquerent:sé enim esse libertatis signum.

Theramenes in carcerem coniectus triginta iussu tyrānorum uenenum missum ut sitiens ebibit:reliquum sic eiecit ut resonaret:quo sonitu reddito arridens,p pino inquit hoc populum Critię:(Is enim in eum fuerat teterrimus)nec mul to post & ipse Critias est dānatus.author Cicero li.i.tuscu.in Plutar; Apoth. falso Tectamenes:legitur in Nicia enim Theramenem uocat.

Lacedæmonius quidam cuius ne nomen quidem proditum est mortem tantope re contempsit ut quom addduceretur damnatus ab ephoris; esset q; uultu hi lari atq; lęto:dixisset q; ei quidam inimicus:contemnis ne leges lycurgi?respō derit:ego uero illi maximam gratiam habeo:qui me ea pœna mulctauit:quam sine mutuatione:sine q; uersura possum dissoluere:hęc Cicero sed is Therame nes dictus est: ut supra dictum est ex Plutar.

Pompeius e Syria Rhodum ueniens Possidonium quāuis ęgrum reuisere uo luit:data accepta q; salute quom dixisset Pompeius se grauiter ferre quod eum nō posset audire: tu uero inquit potes:neq; committam ut dolor corporis effi ciat:ut tantus uir frustra ad me uenerit: Quom uero inter narrandum quasi faces ei doloris admouerentur:sæpe dixisse:nihil agis dolor quanuis sis mole stus:nunquam te tamen esse confitebor malum.

Cn.Cornelius Lētulus in clade Cannensi tribunus militum quom equum Pau lo æmilio in saxo sedenti cruore q; oppleto offerret:tu quidem ait Paulus ma cte uirtute Corneli esto:sed caue ne frustra miserando exiguum tempus e ma nibus hostium euadendi absumas.

Scipio Pompeii socer quom nauem suam teneri ab hostibus uidisset:ferro se trā sueberauit:& quærentibus ubi imperator esset:imperator inqt bene se habet

Cæsare consulatum assequuto adiuuantibus Pompeio:& Crasso: quom omnia pro libidine gererentur: ac pauci Senatores in curiam conuenissent: Consi dius quidam natu prægrandis iccirco non uenisse senatores dixerat: quoniam illius arma milites q; pertimescerent:cui Cæsar.quid tu inquit hoc quoq; refor midans domi te non contines? at Considius senectus me facit intrepidum.

Cato iunior quom puer domum Syllæ aliquando uenisset:aspexisset q; multa clarorum uirorum capita ad Syllam deferri:Sarpedonem pædagogum roga uit:cur Syllam nemo occideret:respondente quia plus timent Syllam homi nes quām oderint:quam ob rem inquit Cato mihi gladium non dabas.ut pa triam sæuo huius dominatu liberarem?

Idem Cato quom in domo Drusi auunculi tribuni tūc plebis educaretur:ad eum q; Drusum latini de ciuitate impetranda conuenissent: a Q.Popedio latinorum principe rogatus ut socios apud auunculum adiuuaret: constanti uultu non

facturum se respondit: Iterum deinde sæpius'q3 interpellatus in proposito perstititttunc Popedius in excelsam ædium partem eleuatum abiecturum se eum inde nisi precibus obtemperaret minatus est: Nec hac re Cato puer ab incepto moueri potuit: expressa itaq3 illa uox hominum: gratulemur latini nobis hunc esse tam paruum quo senatore ne sperare quidem ciuitatem licuisset. Cæterũ Plutarchus in Catone Pompeium sylonem non popedium uocat: sed mendum in Plutarcho est.

Sylla quem post occupatam remp. senatum coegisset sententias'q3 rogaret ut Marius hostis reip. iudicaretur: nullis audentibus obuiam ire: solus Scæuola sententiam dicere noluit. Quin etiam truculentius minitanti Syllæ: licet inquit mihi agmina militum quibus curiam circumsedisti ostentes: nũquam efficies ut propter exiguum senilem'q3 sanguinem meum: Marium a quo urbs & italia conseruata est hostem iudicem.

Calanus Indus unus e magis sequutus Alexandrum: ægrotans in Perside non admisit medicorum curationem: tanquam pertesus uitæ: Alexander igitur extrui magno apparatu pyram iussit: quam quom ascendisset Calanus: conspecto exercitu membra posuit: atq3 accensa pyra semper immobilis stetit. ex Arriano: Cicero uero in tuscul. lib. ii. Calanus indus indoctus ac barbarus in radi cibus Caucasi montis sua uoluntate uiuus exustus est.

Diuus Hierony. ait Paulũ primũ heremitam iussu Decii & Valeriani expertũ pri mo ignitas sartagines: mox melle litũ sub ardẽtissimo sole ligatis post tergum manibus ut muscaꝝ aculeis impeteretur collocatũ: oĩa cõstantissime passum.

Pyrrho Heliensis tanta ulcerum sectionem ustionem'q3 tulit constantia: ut ora ne quidem contraxerit. Et supra de mario & Polemone.

Saguntini a pœnis obsessi omnia perpessi sunt ut in Romanorum fide perseue rarent: nouem q3 mensibus fame fessi: dum subsidium Ro. moratur: uersa in ra biem fide: immanem in foro excitant rogum: tum desuper opes se suos q3 ferro & igne corrumpunt.

Lygus fœmina e municipio Albintimilio quom ab Othonis militibus putantibus auꝝ cũ filio abdito abdidisse: rogaret. ubi nã filiũ occuluisset: uteꝝ oñdens hic latere rñdit: nec ullis deinde tortoribus pñ morte cõstãtiam uocis egregię

E Iudæis qui in Alexandriam fugerant omni tormentorum genere (mutauit: excruciatis nemo Cęsarem dominũ uocare uoluit. maxime uero puerilis ętaš miraculo fuit: nullis pœnis adducta ad uocandum Cæsarem dominum.

Iidem Iudęi a Romanis in Asada obsessi. ne in Romanorum manus peruenirẽt omnes sibi mortem consciuerunt.

Asinius Pollio eo die quo filium Herium amisit cœnasse in conuiuio ad Augustũ rescripsit. Eundem intra quartum diem declamasse ferunt.

Horatius puluillus tẽplum in capitolio qđ i Tarquiniis Demaratus uouerat Ioui Tarqnius uero supbus ędificauerat: quom dedicaret: tenẽti postẽ mors filii nũ

ciata ẽ audisse dissimulauit solemniaq́ pōtificalis carminis uerba cōcepit gemi tu non interrumpēte precationem ait Seneca de consolati. ad Martiam. Plutar ch. ait dixisse hoc tantum: cadauer igitur quo uultis proiicite. Illumq́ de filio rumorem per inuidiā marium Publicolæ fratrē nunciasse ut sacrū interrūperet

Bibulus quem duos filios interemptes audisset: qui toto cōsulatus sui anno ob Cæsaris collegæ inuidiam domi latuerat. postero die quā m geminum funus nu meratum est processit ad solita in publicum officia.

Caius Iulius Cæsar agens in Britānia quom audisset Iuliam filiam Pompeii uxo rem decessisse intra tertium diem munera imperatoria obiuit

Caius Caligula amisso & quem genuerat & quem adoptauerat filio: pro rostris tamen filium laudauit. flenteq́ romano populo non flexit uultum:

Pericles duobus intra quatriduum filiis optimis orbatus. in pristina constantia perstitit & concionatus est etiam.

Xenophon nunciata maioris filii morte in sacrificiis coronam deposuit. quom au tem accepisset strenue pugnantem occisum coronam resumpsit.

Quintus max. efferens filium cōsularem. L. Paulus duobus paucis diebus amissis. M. Cato mortuo prætore designato filio non luxerunt

Anaxagoras filii morte nunciata. nihil mihi inquit nouum aut inexpectatum nuncias. sciebam enim ex me natum illum esse mortalem.

Vespasianus imperator ne in metu quidem mortisq́ periculo iocis abstinuit: Nā inter cætera prodigia quom mausoleum Cęsarum repente patuisset. stellaq́ in cęlo crinita apparuisset. Alterum ad Iuliam Caluinam e gente Augusti pertine re dicebat: Alteram ad Parthorum regem: qui capillatus esset. primaq́ morbi accessione inquit puto deus fieri.

Marius quom mille Camertes qui in bello Cimbrico strenue pugnassent. ciuita te donasset. quibusdam accusantibus præter legem eum egisse. Propter strepi tum inquit armorum legem non audiuisse.

Alexandro maced. assistēte Diogeni ac dicente Ego sum Alexander magnus rex: At ego inquit ille sum Diogenes canis. Eidem Diogeni ad solem astāti quom diceret ille. pete à me quod uis: Noli inquit mihi umbram facere Exlaer: & Dio ne de regno apud quem de hoc plura

Aphricano. ii. ab hostibus domitis redeunti occurrit Carbo Tyberii in lege Agra ria complex. cumq́ interrogat quid de Gracchi nece sentiret. (quanuis esset Ty berio sororius) Iure ait cæsum uideri: Admurmurante plebe: Taceāt inquit qui bus Italia nouerca est. cri bq́ murmure non efficietis ait ut eos uerear quos al ligatos adduxi: Val. Plinius uero quos sub corona uendidi.

Pyrrhus rogauit Fabricium: ut facta cum Romanis pace. unà secum esse uellet primus amicorum ducumq́ suorum futurus: ad hęc dicitur Fabritius submis sa uoce respondisse: At ne hoc quidem tibi ò rex conducit: Illi enim qui te nunc admirantur. & colunt: si me experiantur: à me potius quàm à te regi optabunt:

Xenocratem philosophum quom Photion ex inquilinorum ordine ad ciuium nu merum redigere uellet. Nunquam inquit ille committam ut eius ciuitatis appeller ciuis, quæ ne talis fieret omni diligentia legatus elaboraui.

Gelonis principatus quom à Dionysio uetere irrideretur, ipsumque Gelona Dionysius Gelota.i. Siciliæ risum uocaret, cæteris laudantibus Dionysii dicacitatem: Dion grauiter ferens. Tu autem inquit Dionysi quom ob gelonem fidem habeas, dominaris, cui uero propter te fides habeatur futurus est nemo.

Cleantes Sositheo poeta in theatro coram se dicente quos cleantis insania uastat eodem uultu habituque perstitit.

Apollonii Tyanei constantiã Philostratus mire extollit: Interque cętera ait quom in iudicium ad Domitianum duceretur, atque ad fores prætorii quidam dixisset teõ Tyanee nudũ intrare rex iubet: Tũc apollonius intrepide ait, loturi ne an dicturi huc accedimus? Tũ ille nõ ꝑ uestibus sed ne aliqd omnino tecũ feras scriptũ. An etiã ait Apollonius ne scuticam ad hos cędendos, qui sibi tã stulte per suaserunt?

Dionysius quom iussisset in cõuiuio ut singuli in ueste purpurea saltarent: Platoque renuisset dicens, non posse uestem indui fœmineam: Aristippus sumpsit, induitque: Et quom saltare inciperet prompte audacterque dixit & inter bacchanalia pudicus non corrũpitur: Horatius Omnis Aristippũ decuit color.

Heluidius priscus à Cornelio Tacito & Iuuenale cõparaẽ Catonib. Brutisque cõ stantia.

Fabritius missus ad pyrrhum ꝑ captiuis redimendis: ab eo nunquam excussus ad pecuniam amicitię iure capiendam: retentus postridie ad uisendum elephantum nunquam antea uisum, amotis aulęis sub quibus elephas latitabat, cõspectoque supra caput eo, quoce terribilẽ trucemque emisit, tranquille cõ uersus, leniterque arridens inquit, neque heri aurũ, nec me hodie bestia promouit

Decimus Valerius quom illi iratus esset. P. Clodius qd peteti nimiũ nõ dedisset: ad Ciceronis exiliũ alludens: Quid inqẽ mihi facturus es, nisi ut Dyrachiũ eã?

DE CONVIVIIS



Cæsar Augustus quom pene nulli inuitanti denegaret, exceptus à quodã cœna satis parca: & quasi quotidiana, post exiguum epulum: ac sine ullo apparatu discedens: Vale dicenti. Hoc tantum insusurrauit. Non putabam me tibi tam familiarem.

Philippus macedo ad cœnam ab hospite inuitatus: Quom multos secum adduxisset, hospesque obid subturbatus uidereẽ ob cœnæ mediocritatẽ, festiuo commento usus est. nam amicis oĩbus nunciari iussit. ut locũ placentę relinqrẽt, quam expectãtes ex appositis nõ multũ comederũt.

Socrates quom uocasset ad cœnam diuites: & uxorem Xantippen modici puderet apparatus: Bono inqt esto aĩo: Nã siquidẽ modesti erũt, frugi mẽsam haud quaquã aspernabuntur: sin autem intemperãtes nulla nobis de hisce cura erit.

Timotheum clarum hominem & principem ciuitatis ferunt quom coenauisset apud Platonem: eo'q conuiuio admodum delectatus esset: uidisset'q eum postridie dixisse. Vestrae equidem coenae non solum in praesentia: sed etiam in postero die iucundae sunt propter parcitatem uidelicet ciborum.

Epaminundas ad coenam inuitatus quom bellariorum obsoniorum & unguentorum apparatum inuenisset euestigio abiit: dicens Ego te sacrificare non lasciuire putabam.

Menedemus philosophus ad coenam uocatus luxuriem appositorum ciborum tacitus coarguit. solas enim oliuas in cibos sumpsit.

Conuiuiorum tria genera facit: Eustathius in primo odyss. εἰλαπίνη: quod ad magnificentiam apparatur. γάμος quod solet etiam esse sumptuosius. ἔρανος ad quod qui conueniunt quod secum attulerint uescuntur Hoc postremum Hesiodus tanquam minus sumptuosum magis'q iucundum laudat: Socra. apud Pl. i symposio Ad bonorum ait bonum coenas boni hoies etiā nō inuitati accedūt

Xenophon i rep. ait adulescentibus in conuiuio satis esse si ad interrogata respondeant. apud Lacedaemonios uero ex lycurgi institutis patrium erat in conuiuiis dici quodcunq honeste in urbe quis fecerit: Apud Plut. in eodē lib. inquit Macrobius nō austeriore aliqua de re sit conuiuarū sermo: oportet enim uersari in conuiuio sermones ut castitate integros. ita appetibiles uenustate. M. Varro in lib. qui inscribitur quid uesper serus uehat: ipsum ait conuiuium constare ex rebus quatuor: si belli homunculi collecti sunt. si lectus locus. si tempus lectum si apparatus non neglectus. nec loquaces conuiuas. nec mutos esse. Illos enim in foro: hos in cubiculo esse decet: sermo uero ait non de rebus anxiis sed iucundus: & cum quadam illecebra sit: Apud Hom. conuiuae a dextra collocabantur Cyrus apud xenophontem lib. viii. a sinistra collocabat: praesertim quos magis honorare uellet. quod haec insidiis magis pateat quam dextra.

In conuiuio publico quod epulum dicebatur: non licebat esse atratos conuiuas. i. pullam uestem habentes. Et propterea Cicero taxat uatinium quod in epulo esset coenatus atratus.

Apud ueteres in conuiuiis imperatorum discincti comedebant: sed quom in Gallieni imperatoris conuiuio siue ab ipso imperatore: siue a filio Salonino balthei aurati aut stellati ablati essent. nec redderentur. factū est deinceps ut cincti discū

In conuiuiis adhiberi musicos solitos ostendit Vergilius qui in conuiuio (beret Didonis Iopam: Hom. qui In Penelopes procorum Phaemeum ponit in Alcinoi Polyphemum ut ait Macrobius licet Homer. Demodocum uocitet. In conuiuio deorum apud aethiopes Apollo cytharam pulsat: Plato in Gorgia ait in conuiuiis hanc cantilenam dici solitam: Optimum est primo bene ualere: secundo formosum esse Tertio diuitias nulla fraude partas habere: Apud graecos in conuiuiis lyra circunferebatur: Vnde Themistocles quod musicā nescierit habitus est indoctior. dabatur tamē prius ramus myrteus illi qui cātaturus esset.

Apud Ro.mos fuit seniores e conuiuio à iunioribus domum reduci: eumq; mo rem à Lacedæmoniis mutuatos.

Conuiuium solemne maiores constituerunt:idq; charistia appellarunt:cui preter cognatos & affines nemo interponebatur:ut siqua inter necessarios querela in tercessisset inter sacra mensę & animorum hilaritatem deponeretur. Pla.de legibus admonet in cõuiuium nuptiale adhiberi tantum quinq; amicos & quinque amicas ex latere paterno:Ex cognatis totidem.

Claudius cõuiuia & ampla & assidua agitauit. Conuiuatus super emissarium Fucini pene summersus est:quom emissa impetu aqua redundasset.

Augustus conuiuia serius inibat:& maturius relinquebat: quom conuiuę cœnare prius quam ille inciperent:& permanerent digresso eo.

C.Caligula portentosissima ciborum cœnarumq; genera commentus est:precio sissimas margaritas aceto liquefactas sorbens:conuiuis ex auro panes & obsonia apponens dictitans aut frugi hominem esse oportere:aut cæsarem.

Clodius tragœdi Esopi filius ut quid saperet margaritæ in palato experiretur singulos uniones conuiuis sorbendos dedit.

Alexander uero seuerus quom inter suos cõuiuaretur aut Vlpianum aut doctos aliquos adhibebat:Hadrianus conuiuiis amicorum intererat.

Heliogabalus imperator sexcentorum strutionum capita una cœna multis mensis ad edenda cerebella apposuit:& conuiuium inquo essent uiginti duo fercula ingentium epularum Celebrauit & conuiuium tale ut apud amicos singulos singuli missus appararentur:& quom alter maneret in capitolio alter in palatio alter super aggerem alter in Cælio alter trans tyberim:& ut quisq; mansisset tamen per ordinem in eorum domibus singula fercula ederentur: ireturq; ad omnium domos:Sic unum conuiuium uix toto die finitum est.quom & lauarent per singula fercula & mulieribus uterentur:Sybariticum missum semp habuit ex oleo & garo:quem quo anno Sybaritæ repperrerunt perierunt.

Vitellius a fratre cœnam in qua duo lectissimorum piscium millia:septem auium fuerunt acceptam apposita cœna quam clypeum Mineruæ appellauit superauit.in hac scarorum iecinorum fasianorum:& pauonum cerebella linguas Phoenicopteri murenas:lactes a parthia usq; fretoq; hispanię per nauarchos ac triremes petitas commiscuit.

Verus imperator inconuiuio donauit conuiuis pueros decoros: ministros item structores: & lances singulis quibusq;:Item uiua animalia uel cicurum uel ferarum: Item calices singulis per singulas potiones: murrhinos & chrystalinos Alexandrinos:item aurea argentea gemmataq; pocula coronas etiam lemniscis aureis interpositis:Item uasa aurea cum unguentis ad speciem alabastrorũ Item uehicula cum mulabus ac mulionibus cum iuncturis argenteis:ut ita de conuiuio redirent:Omne autem conuiuium ęstimatum sexagies centenis milibus sestertiorum.fuerunt autem in eo conuiuæ.xii.

Tyberius imperator in conuiuio uoluit ut puellis nudis ministrantibus cœnaret
Lindium couiuiũ dici potest inquo conuicia iactantur:tractum'a lindo Rhodi op pido:inquo Herculis sacra maledictis & execratione celebrãtur:ea'q; p uiolatis habent: siquando inter solemneis ritus uel imprudenti exciderit alicui uerbum bonum:cuius rei hęc est ratio:Hercules quom eo delatus esset:fame laborans: ab aratore ibi arante petiit:ut sibi unum uenderet bouem:negante illo· quoniã omnis uiuendi ratio in illis duobus bobus ab aratore collocabatur· Hercules utrumq; sustulit. Infœlix ille impar uiribus· ad maledicta confugit:plurimis'q; conuiciis herculem insectatus est: quod homini eleganti & urbano gratissimũ fuit:nam dum comitibus epulas apparat: dum'q; alienos boues deuorat illum sibi amarissime conuiciantem cum risu & cachinnis audiebat:

Vrbanum Valerii Martialis in Conuiuatorẽ auarum.

Bis tibi triceni fuimus mancine uocati. Et positum est nobis nil here pter aprũ:
Nõ quę de tardis seruanř uitibus uuæ: Dulcibus aut certãt q̃ melimella fauis:
Nõ pyra·quę lẽta pẽdẽt religata genista:Aut imitata breuis punica mala rosas
Rustica lactantes nec misit fiscina metas: Nec de picenis uenit oliua cadis.
Nudus aper.sed et hic minimus·q̃lis q; necari: A nõ armato pomilione potest:
Et nihil inde datũ ẽ·tm̃ spectauimus oẽs:Poneř aprũ nobis sic & harena solet:
Ponatur tibi nullus ap post talia facta: Sed tu ponaris cui Caridemus apro.

Paulus Aemilius admirantibus græcis quod in magno splendido'q; apparatu curiosus esset:dicere solebat:eiusdem esse animi.&aciem &conuiuiũ bene strue re:illam ut formidolosus hostibus:hoc ut amicis gratus esset.
Phauorinus in oratione:cœnam lautam esse ait:ut quom libentissime edas : tum auferatur:& alia esca succenturietur:nec ullam autem pter ficedulam totam co messe oportere:sordere'q; couiuiũ nisi conuiuæ saturi fiant auium clunieulis:
Zeno philosophus rogatus cur in conuiuio hilaris fieret : quom alioqui seuerus esset:urbane & lupini inquit quom sint amari perfusi tamen aqua dulcescunt.
Timon Atheniensis adeo usq; hominum congressus uitabat ut quom aliquãdo esset cum Apemmato sui simili cœnaturus:diceret'q; Apemmatus· Pulcherri mum o Timon nostrum conuiuium est:respondit ita si tu non adesses.
Eques quidam quom in spectaculis biberet :increpitus ab augusto per nuncium dicente·se si prandere uellet domum irẽ·equitis carpens importunitatem:urba ne eques tu inquit non times ne locum perdas
Theophrastus ei qui incouiuio penitus tacebat:siquidem imperitus es:prudenter facis:si uero peritus stolide.

Festiuum Valerii Mar.In conuiuam gulosum epigramma.

Quicquid ponitur hinc & inde uerris: Mammas suminis : imbriceẽ q; porci:
Communem'q; duobus Atagenam Mullum dimidium·lupum'q; totum
Murenę'q; latus femur'q; pulli: Stillantem'q; alica sua palumbum:
Hæc quom cõdita sint madente mappa. Traduntur puero domum ferenda

Nos occumbimus ociosa turba: Vllus si pudor est repone coenam:
Ctas te Ceciliane non uocaui.

M. Varro in lib. qui scribitur quid serus uesper ferat disserit de apto conuiuarum numero Dicit autem conuiuarum numerum incipere oportere à gratiarum nu mero, pgredi'q ad musarum.i.proficisci a tribus & cōcludi intra nouē: nec plures nouem fore:nec tribus pauciores. Capitolinus autem in uero ait quom sit no-uissimum dictum de numero conuiuarum, septem conuiuium, nouē uero cōuitiū.

Homerus dorsum suillū laudat:& Demodoco musico datū & ulixi ab Eumæo su

P randiū caninū id dicit in quo uinū nō est:quia uino canes nō utantur. (bulco.

I ncēdio inter epulas nominato, aquam submensa profundi abhominamur:R e cedente aliquo ab epulis simul uerri solum:aut bibente conuiua mensam uel re positorium tolli in au'picatissimum iudicatur:Nam sternutamento reuocari fer culum mensam'ue:si non postea gustetur aliquid inter dira habetur:Q uin & repente conticescere conuiuium adnotatum est:Cibus etiam e manu prolapsus reddebatur:atq per mensas uetabantur mundiciarum causa deflare: ex Pli:

V erbenaca quam legatos ad hostes ferre consuetum est: & qua iouis mensa uer-ritur domus purgantur lustranturq;aiunt si aqua spargitur triclin.ū:qua ma duerit lætiores conuictus fieri.

S ocratem Aristodemus & lotum & calceis pedes (quæ raro faciebat) indutū offē disse dicitur:eum'q interrogasse quamobrem ita ornatus accederet.cui respon-disse Socratem se promisisse ad coenam Agathonis ad quam ab eo fuerat inui-tatus iturum.atq ea causa se ornasse:ut pulcher ad pulchrū accederet.Ex Apol-lodoro apud Plato.in symposio:

DE CALLIDITATE ET PRVDENTIA



Icinius Augusti libertus inchoāti opera patrono: quem magnas pecunias conferre soleret: centum promisit Augusto per libellū: in quo uirgulæ super inductæ pars ultra pecuniæ defectionem p tendebatur:uacante infra loco:Cæsar occasione usus pro priori al terum centies sua manu iunxit, spatio diligēter expleto:& affecta-ta similitudine:geminatam accepit summam:dissimulante liberto qui postea coepto alio opere: leniter factum suum Cæsari obiecit:libello tali da to:Confero tibi domine ad noui operis impensas quod uidebitur.

C. Marii filius Marius syllæ gladios fugiens:ad soceri sui Mutii rura peruenit:inse quentibus eo usq syllanis:hi quibus mutii agrorum esset cura: re cognita ma-rium in curru fabas portante occuluerunt:Per medios'q hostes curru in urbē delatus domū uxoris uenit. sumptis'q necessariis nauē ingressus:libyā traiecit.

A ugusto e palacio descendenti solebat epigramma græculus ferre. Id quom fru-stra sæpe fecisset:iterum'q atq iterum facturum Augustus uidisset:breue græ

cum:& ipse exarauit epigramma:pergenti'q; ad se obuiam misit. Ille legẽdo laudare: mirari tam uoce quàm uultu:quom'q; ad sellam accessisset:demissa in fundam pauperem manu paucos denarios protulit: Quos principi daret: adiecto hoc sermone μὴ κατὰ τὴν τύχην σοὶ σέβαστε εἰ πλέον ἐδίδουν. idest non secundum fortunam tuam Auguste:si plus haberem plus darem. Secuto omnium risu dispensatorem Cæsar uocauit: & sestertia centum millia græculo numerari iussit.

Dionysius senior Dicente quodam peregrino se uelle ostendere quemadmodum insidianteis cognosceret:priuatim'q; uelle ob id loqui secum:priuatim loqui passus est:loquenti'q; clam illi talentum'q; petenti:ut isidiarum indicia audisse uideretur numerari iussit.

Augustus Pacuuio tauro congiarium petenti ac dicẽti uulgo homines loqui nõ paruam à te pecuniam mihi datam:retrusit scomma At tu inquit noli credere:

Idem Augu. alium præfectum equitum summotum:& insuper salariũ postulantem dicentem'q;. Non lucri causa dari hoc mihi rogo:sed ut iudicio tuo munus uidear impetrasse:& ita officium deposuisse. Pari scommate usus: Tu te inquit accepisse apud omneis affirma:& ego dedisse me non negabo.

Vespasianus imperator quom quidam e charis ministris munus ab eo pro quodam quem fratrem esse assimulauerat peteret:rem distulit, donec ab eo p quo petebatur pecuniam extorqueret. quam cum ministro fuerat pactus: Qua accepta interpellanti ministro. urbane Alium ait tibi quære fratrem hic quem tuum putas meus est.

Tremellius cum omni familia seruis q; uillicabatur: Eius serui uicini scrofam aberrantem occiderunt:faciente'q; uicino inquisitionem: Scrofæ cadauer sub centonibus collocat. super quos uxor cubabat:Quom ego uentum est ad cubiculum sacramenti uerba concipit:nullam esse in uilla sua scrofam, nisi illam quæ in cẽtonibus iaceret. lectulum'q; in qua uxor iacebat ostendit. atq; his scommatibus uicinum elusit cognomentum'q; scrofę postea sibi inditum.

Carbo syllæ inimicus quom contra Vulpem atq; Leonem Syllæ animum incolentes bellum gerere diceret. Maior inquit mihi mœror ex Vulpe quam ex leone infertur.

Q. Fabius labeo uicto Antiocho Rege inter cæteras fœderum conditiones pactus est:ut dimidiam nauium partem ab Antiocho acciperet. cõcessis pactis medias omneis dissecuit:tota'q; classe priuauit.

Idem Fabius uel siquis fuerit inquit Cicero datus arbiter Nolanis & Neapolitanis à senatu de agris terminandis. quom ad locum uenisset:utriq; separatim collocutus est ne cupide quid agerent:ac potius regredi quam pregredi mallent: Id quom utrique fecissent. aliquantulum agri quod in medio relictum est populo Romano adiudicauit.

Torannius. M: Antonio iam triumuiro eximios forma pueros. alterũ in Asia ge-

nitum. Alterum trans alpeis ut geminos uendidit: tanta erat similitudo. Postea quàm detecta fraus sermone puerorum est a furente increpitus Antonio inter alia magnitudinem precii requirente (nam .cc. erat mercatus sestertiis) respodit ob id ipsum se tanti uendidisse, quoniam non esset tam mira similitudo in ullis eodem modo editis.

Photion quom nullo posset modo Athenienses a bello contra Bœotios suscipie do illis damnosissimo deducere. Iubet ut statim dimissa cōtione armati afforēt omnes qui itra septuagesimum annum pubertatem'q3 essent sumpto quinque dierum commeatu: Illi ęgreferentes ætate confectos adduci photionem incusabant: sed ille quid hoc ait intemperiei est? Quid nam uobis iniuriæ facio si & ipse octogenarius in armis adero? atq3 ita illos ad quietem traduxit.

Alexander Macedo quom eum qui sibi porta egresso prius occurreret interfici iuberet ex oraculo (sic enim Persas uincere posset) asinarium forte ante omneis obuiam factum ad pœnas arripi imperauit: Eo'q3 quęrente cur ad mortem adduceretur: atq3 ille ex oraculo monitum diceret ut quem primo inuenisset occideret: alium inquit asinarius o rex morti sors destinat: nam asinus quem ante me agebā prior occurrit. Delectatus Alexander asinū incolumi agasone immolauit

Darius quom Persidem magorum dominatu oppressam liberasset: pactus cum consortibus eius operis eum esse futurum regem: cuius equus in loco costituto prior mane hinnitum ederet: quom ad locum uētum est: siue quia equiso admotam manum in equæ uuluam equi Darii naribus apposuerit: siue quod noctu equam equū'q3 Darii eo adduxisset: illius equus prior hinnitū edidit: Darius'q3 a complicibus rex est salutatus.

Alexander Macedo urbē Anaximenis sui præceptoris Lampsacū euertere quom statuisset: summo'q3 studio ad eam ferretur: uiso Anaximene qui ultra muros ꝓcesserat (quia manifestum erat futurum ut preces suas iræ eius opponeret) ante quam quippiam ille dixisset: Iurauit Alexander non facturum se quod peteret: Tunc Anaximenes peto inquit ut lampsacum diruas. atq3 ita parsum est urbi. Valer. id ait. apud alios Aristotelē nō Anaximenē id fecisse cōperio in stagyra.

Hospites duo quom apud muliercula pecuniā deposuissent. ea lege ut utriq3 unà peterent. itericcto tempore alius ex iis mortuū socium assimulans. omnē a mu liercula abduxit pecuniam: Quom uero post dies paucos. alter qui mortuus dictus erat superueniret: partem'q3 sibi debitam pecuniæ exposceret: mulier laqueo uitā finire cogitabat. Demosthenes igit mulierculę patronus illius & dāno & dolori cōsuluit: petēti enim ait alterū (ut pactum erat) sociū una adducat

Atheniensis quidā capitali crimine accusatus. dicturus causam. maximū magistratum petere cœpit: repulsus atq3 exsibilatus ab uniuerso comitio: quom ad capitalem pœnā uocaretur. cōmiserata plebs hoīs repulsam discrimine liberauit.

Tusculani quom sæpius rebellassent: uenienti. M. Marcello ad expugnationem sū instructo exercitu obuiam togati processerunt: commeatus'q3 & cętera mu-

nia prestantes·armatum'q; in urbem intrare perpessi·fiducia liberati sunt:

A cidinus Lucius'q; Manlius cõsulatum petebant:Scipio maluginensis Adetinũ consulem ex tribu sua pronunciauit· Prætore uero dicente· dic de Lucio Manlio urbane uirum bonum ait egregium'q; ciuem esse arbitror· tacuit'q; de consule creando.

P omponius in Antoniana proscriptione in pretoris formam se ipsum adornauit seruos'q; in ministrorum morem·ciuitatem ut p̃tor lictoribus stipatus pertrãsiuit seruis circunstantibus occulentibus'q; ne ab ullo dignosci posset·Demum iuxta portas publicos currus ascendens·peragrata Italia cunctis illum suscipiẽtibus ut prætorem a triumuiris missum ad inducias incundas cum Pompeio: publica etiam triremi ad illum pertransiit.

A puleius & Aruntius in eadem proscriptione ductores militum se esse simulantes seruos'q; militaribus instruentes armis:ad portas ueluti proscriptos insequẽtes properarunt:reliquo itinere carceratos soluentes & qui occurrerent colligentes non mediocres copias cõpararunt:Postremo classe delati·alter ad Brutum.Alter ad Pompeium uenit.

M:Volusius ædilis proscriptus a sacerdote Isidis stolã accipiens uestẽ'q;:ad pedes usq; induẽs·canẽ capiti imposuit·eo'q; modo sacra peragẽs:ad Pompeiũ puenit

A ntiochus quom intercepisset calones e Sueda Castello Cappadociæ frumentatum euntes·illis occisis milites pro calonibus supposuit· qui recepti a custodibus arcem inuaserunt.

S emiramis in expeditione contra indos ut eos pterrefaceret elephantorum aspectu·quos non putabãt esse alibi;quã apud se·multorum boum coria in elephãti formã cõsui fœno'q; impleri:intus'q; camelum ac supra equitẽ collocari iussit

A nnibal in bello contra Ponticos in lagenas fictiles omne serpentium genus condidit·in medio'q; bello in hostium naues iniicit.Id primum põticis ridiculũ uisum est fictilibus dimicare:sed ubi serpentibus repleri naues cœpere·ancipiti periculo circunuenti hosti uictoriam cessere.

S cipio superior quom in Africam traiecturus esset: atq; ei opus trecenti equites essent:uocatis Siculis nobilissimis iuuenibus trecentum·iubet totidem equos comparare sibi·ut usui bello esse possent·illis igitur militiam molesteferẽtibus Scipio proposuit qui nollent accedere ut equos traderent·tradentibus libenti animo omnibus·equitum numerum citra tyrannidem adimpleuit.

T ullus Volscorum dux detractantibus bellum·pacem'q; potius optantibus uolsciis:ut illorum alios in Ro:incitaret:eos qui spectandorum gra ludorum Romã cõuenerãt in suspicionẽ senatus adduxit:Pulsi itaq; oẽs ante noctẽ·in Romanos in

D atames Camissaris filius & Scythissæ:Artoxerxis dux·quom Metrocitãturbarzanem socium ad hosteis confugisse accepisset· ueritus si in turbam exisset ab homine tam necessario relictum·futurum·ut cæteri consilium sequerentur In uulgus edit suo iussu Metrobarzanem profectum p pfuga·quo faciliusre

ceptus hostes interficeret: Quare non par esset eum relinqui sed omnes confestim sequi: quod si animo strenuo fecerint, futurum ut aduersarii cederent: Hac re probata exercitum adducit: Metrobarzanem persequitur. Pisidæ noua re cō moti in opinionem adducuntur: perfugas mala fide composito'q fecisse ut recepti essent maiori calamitati. Primum eos adoriuntur: Illi quom quid agerent: aut quare id fieret ignorarent: coacti sunt cum eis adquos transierant manum conserere, abiis'q stare quos reliq̄rant, quibus quom neutri parcerent celeriter sunt concisi: Reliquos Pisidas resistentes Datames inuadit, castra hostium capit. Cæterum hic Datames quamuis astucia rebus'q bellicis præstaret: captus est à mithridate simulata amicitia. Vt in capite de dolis dicetur.

Adulescentuli quidam hostium aduentu perterriti, quom ad thebanos transituri locum extra urbem editum cœpissent: Agesilaus pniciosissimum esse iudicans si animaduersum esset quenquā ad hostem transfugere: cum suis conuenit: atq̄ si bono animo fecissent laudauit consilum eorum qui eum locum ocupassent & se id fieri debere aladuertisse: adulescentulos'q simulata laudatione recupauit

Eumenes bellum contra Antigonum gerens quom essent totis castris epistolæ abiectę quibus iis qui Eumenis caput ad Antigonum detulissent magna præmia proponebantur: conuocatis ad concionem militibus, primo agit gratias, quod spem cruenti prę mii fidei sacramento anteponerent: tum callide mentitur epistolas à se confictas ad experiendos suorum animos.

Postq̄ inter Megarenses Athenienses'q de salamine insula diu ad interitum'q p̄pe dimicatum est, post multas clades capitale erat Athenis: siquis legem de uindicanda insula tulisset: Sollicitus ergo Solon ne aut tacendo parum reip. consuleret: aut cēsendo periculum sibi afferret, subitam dementiam simulat, Deformis habitu: more uecordium in medium euolat: facto'q hominum concursu quo magis dissimularet: insolitis sibi uersibus suadere populo cœpit: quod uerebatur: omnium'q animos ita cœpit ut extemplo bellum aduersus Megarenses decerneretur.

Bello inter Lacedæmonios Athenienses'q existente: Lacedęmonii ut periclem Atheniensibus suspectum redderent: Illius agros in cæterorum uastatione intactos reliquerunt quod antea ita futurum Pericles prędixerat. Sed ad inuidiam declinandam agros ipsos dono dedit reip.

Annibal ut Fabium ro.po. redderet suspectum: uastatis cęteris: illius agris pepercit: sed is statim agros ro.po. uendidit.

Martius Coriolanus dum patriæ bellum infert prędam'q cum sociis Volscis abigit nobilium agris: quom pauperū deuastasset: pepercit: ut iurgia suspitiones'q inter patres plebem'q oritentur.

Annibal bello nauali à Iulio uictus priusquā nuncius carthaginē deferretur: unū misit ex amicis qui diceret Num Annibal esset bello nauali conflicturus assentientibus omnibus: cōflixit inquit: & superatus est. Val. Pli. hūc gisgonē uocat.

Medeā quom Peliam uellet ulcisci pollicita est illum i iuuētam restituturā:quod quom in se primo ex peliæ iussu esset expertaq; anu in iuuenem reddita esset iussit filiabus Peliæ:uti Medeæ in omnibus parerent: Dormientem igitur patrem ut in iuuentam restituerent medeæ iussu dilaniant:in'q; cacabos coquendum ponunt:atq; ita conficiendum curauit.

Occiso marcello Crispinus collega proximas ciuitates de morte illius certiores reddit:ac simul scribit Annibalem nactum etiam Marcelli annulum:ut siquid ab illo scriberetur:fidem non haberent. Vix bene nuntius Salapiam attigerat quom ab Annibale allatæ sunt marcelli nomine literæ:se nocte quę diem illū sequutura esset Salapiam uenturum.

Casilini pręsidium ab Annibale obsidione cinctum:longa fame domitum muribus etiam ac pellibus'e scutis detractis ad cibos assumptis:quom hostes quicquid herbidi terreni extra murum esset arassent:raparum semen iniecit. Tū Annibal Eo'ne usq; dum rapæ nascuntur ad Casilinū sessurus sum? exclamat: Et quorum nullā ante pactionē admiserat: Tum demū secū agi passus est de redēptione liberorū capitū:huic Casilino antea'a Graccho prospectū fuerat missis doliis per Vulturnum tritico refertis quod postq̄ ab hoste cognitū est cessauit.

Alyatte Prienem Biantis patriā obsidente:Biantē ex industria duos saginasse mulos:eos'q; i castra'hostium impulisse:eis cōspectis regē obstupuisse : quod bruta quoq; largas obsessoꝝ copias præferrent:cogitantē'q; de soluenda obsidione explorādi gratia in urbem dimisisse:Biantem consilio regis explorato magnos harenæ cumulos tritico operuisse:homini'q; ostendisse:pacem'q; percussam.

Romani in obsidione arcis capitolinæ fessi rerum'e lacte mulierum emulcto casei massam compactam in gallos senones iniecerunt:desperati galli de uictoria pacem percusserunt.

Assyrii in Darium rebellantes quom Babylonē occupassent:æstuante Dario. Zopyrus uerberibus toto corpore se sinit lacerari:babylonē'q; pro transfuga proficiscitur: Vbi corpus laniatū ostendēs:regis crudelitatē conqueritur:hortatur'q; bellum suscipiant:quod quom illi fecissent:Zopyrum'q; copiis pręfecissent:Secūda ꝑlia semel atq; iterū ex consulto persis cedentibus fecit cum parua manu: Ad postremum uniuersum sibi creditum exercitum regi prodidit.

Sextus Tarquinius assimulato ad Gabios transfugio:principatum adeptus:summotis ex patris monitu Gabiorum proceribus:urbem prodidit:id etiam fecisse Thrasybulum misso nuntio'a periandro:monuit enim succisis spicis altissimis primores ē medio tolli:quemadmodum Tarqnius papaueribus decussis:Sed hic sextus dum Petronii Antistii seruos corrūpit : qui literas'a patre simulatas domi reponerent:in concionem lachrymabundus accessit conquerens insidias sibi construi ab illis:in quorum fidem se dedisset. Turbata plebs authorem ad pœnas reposcit:Ille igitur Petroniū insimulat:atq; compertis ex inquisitione literis'a patre falsis atq; a scriba lectis:'a turbata plebe lapidibus obruitur.

Seruio Tullio regnante bos miranda specie magnitudine'que in Sabinis orta ē consulti uates cecinere cuius ciuitatis eam ciues immolassent Dianæ ibi fore imperium: Id carmen ad antistitem Dianæ auentinæ peruenit: Sabinus ut primū apta sacrificio dies uisa est: bouem Romam deducit anteq; aram Dianæ statuit: Ibi antistes ro. religionem Sabino intulit: ne prius uictimam cæderet: qu'am se pximi amnis aqua abluisset: Illo'q; alueū tyberis petente uaccā ipse immolauit

Phalantus Partheniorū qui Tarentum occuparunt incolis pulsis dux p seditionem in exilium actus Brundusium se contulit quo expulsi sedibus suis ueteres Tarentini concesserant: moriens persuadet uti ossa postremas'q; reliquias conterant tacite'q; spargi in foro tarentino curent (hec enim modo recuperare patriam posse ex oraculo Appollinis ait) sed oraculi diuersa fuerat sententia. Id quom fecissent illi possessio tarentina partheniis in æternum fundata est.

Histięus susius quom cupet Aristagorā'a rege Artapherne deficere, atq; uereretur per literas rem indicare, fidelissimi'e seruis caput erasit literas q; impressit: & hominem retinens quoad capilli refruticarent: Vbi illi renati sunt: raptim dimisit miletum nil aliud mandans nisi ut quom miletum peruenisset: Iuberet Aristagoram eraso capite inspicere. Ea uero stigmata defectionem significabant.

Lacones ueteres occultandarum gratia literarum ad imperatores duos surculos teretes adhibebant quorum alterum præbebant imperatori altero apud se relicto. Siquid occulti scribere uolebant Loro surculum inuoluebant literas deinde per transuersas iuncturarū oras scribebant: atq; ita lorum explicatū mittebant quod pari surculo inuoluebant impatores: atq; ita literas legebāt: quod in alio surculo non poterat fieri commissuris literarum nō adaptatis Hanc scribendi inuentionem scytalam laconicam uocabant ex Gell. qui etiam ait in Cæsaris epistolis literas sine syllabarum coagmentatione fuisse.

Tithymalli lacte siquis corpus scribat quom maruerit si cinis inspargat apparet

Nicias in Egione sicilię urbe primar us diu quom luctatus esset ne Egio (literas nes ad Annibalem inclinarēt: atq; illi Niciam comprendere temptassent simulato materarum dearum furore quas deue uerat concidit: quem'q; animaduertisset theatrum illo aspectu admiratum: abiecto amictu: intima abscissa tunica: seminudus in theatro furens se proripit: dicens se materarum furore concitari: Quare quom religionis gratia nemo eum attingere auderet. clam eum uxore filiis'q; ad marcellum profugit

Myniis'a Lacedęmoniis captis incarcerem q; coniectis ut de illis noctu suppliciū sumeretur (Lacedæmonii enim neminem interdiu occidebant) myniarum uxores impetrarunt ab Atheniēsibus. ut liceret ante supplicium cum uiris colloqui quo impetrato in carcerem ingressæ uestes cum uiris commutarunt: illi itaq; habitu muliebri poenas euaserūt.

Meson ut'a siculo bello Athenienses absterreret uesaniam assimulauit: quo'q; fides magis haberet facē domui ppriæ intulit: atq; ita ab instituto illos reuocauit

Ortis quibusdam contentionibus inter Masinissam:ac Carthaginēses de finibus imperii:senatus ad illas componendas Scipionem duosq́ legatos destinauit: qui cognita causa discordię:rem integrā suspensamq́ reliquerunt:ut pœni domesticiis negociis occupati:ad spem nouarum reꝝ erigere animos non possent.

Caeinati gens supra Tegenium amnem: incolentes antra ad boream uersa inuincibilia quom ad illa se recepissent:Sertorius iussit milites puluerulentam cinerosamq́ terram(talis enim illic tellus est)fodere·contraq́ ipsum montem cumulum agere:quem barbari ad oppugnationem erigi putātes deridebant:Sertorius uero postridie flante cæcia iussit militibus:ut puluerem exaggere quaterent: qui quom ad Cacinatorum antra uento deferretur eos occlusit:Tertia itaq́ die sese Sertorio dediderunt.

Pugnantibus contra Mysos ro.Chonidus centurio poculum gerens super cassidem suscitatam motu corporis flammam uelut ardenti capite fundebat: atq́ ita maximum barbaris terrorem immittebat.

Laban mandatum fuerat ut sacra erepta inq́reret:Rachel id audiēs idola in stramento cameli supposuit ubi sedens mēstruā purgatiōem causans à laban nō tāgit.

Tito Solomonis templum obsidente:puer sitiens'a Romanis custodibus pacem petebat:sitimq́ fatebatur:sed ubi illi tam ætatis:quàm necessitatis miserati dedere ei dexteram:& ipse bibit:& quam ipse secum lagenam attulerat: repletam ferens abiit ad suos.

Annibal italia pulsus in Africaq́ uictus:ad cretenses accessit:ueritusq́ ne cretenses ob auri copiam quam secum ferebat:manus illi iniicerent.Amphoras plumbo aurato refertas in templo Dianæ collocari iussit sollicitudinē de pecuniis mi ram ostendens:statuas uero æneas auro refertas iussit domum inferri.

Dido sacculos harena refertos in mare abiecit: thesaurum pro qua petebatur'a Pygmalione id esse assimulans.

Sertorius quom lusitanos cohibere non posset:ne palantes irent contra Romanos:duos equos adduci iussit: Alterum pinguem ac fortem: cuius caudam seni:alterum strigosum debilemq́ cuius caudam iuueni tradidit euellendam: Iuuenis correptis omnibus setis frustra in euellendo laborat: senex uero singulatim euellens:totam penè caudam nudat:hoc exemplo barbaros patientiores: parentioresq́ reddidit.

Vespasianus imperator mulionem in itinere suspicatus ad calceandos mulos:ideo desiliisse: ut adeunti litigatori spacium moramq́ prębereturbane quanti calce asset interrogauit:pactusq́ est lucri partem.

Heraclides lycius licet hebeti esset ingenio·sedulitate tamen magnā in literis gloriam est assequutus:sed quom aliquando opus composuisset·cui titulus esset πόνου ἐγκώμιον.i.laboris pręconium:occurrens Ptolemeus: accipiensq́ librum derasa prima litera:ὄνου ἐγκώμιον i.asini pręconium reliquit:accipe inqt & lege.

Brutus Lycios captiuos remiserat:sed illos ptinaciores factos persequutus apud

xantum obſedit:qui iuxta urbem labente flumine ſubnatantes in mœnia quæ rebant euadere:ſed Brutus retibus appoſitis in flumine atq; in his tintinnabulis pleros'q; cœpit in imis natantes.

Naſica bis conſul adeo prudentia excelluit ut corculum fuerit appellatus : Aelius ſextus ob id Catus dictus:cantatiſſimi prudentia Vlyxes & Siſyphus authore Cicerone & Homero. & ægyptii callidiſſimi:de aſtutia uero imperatorum quæ ſtratogemata appellantur uide frontinum.

Archidamus Ageſilai filius ad eum qui laudaretur quod arcadas pugna ſuperaſſet:Melius inquit fuiſſet ſi prudentia illos potius quam uiribus uiciſſemus.

Acetum in pectore habere puerbii loco Plautus dixit pro eo qd eſt callidũ eſſe.

Perdix ſi ad nidum auceps accedere cœpit,procurrit ad pedes eius fœta : prægrauem aut delumbem ſeſe ſimulãs:ſubito'q; in procurſu aut aliquo uolatu cadit fracta aut ala aut pedibus:aut procurrit iterum:iam iam præhenſurum effugiens:ſpe fruſtrãs:donec in aduerſum abducit à nidis:eadem pauore libera in ſulco reſupina gleba ac terra ſe pedibus apprœhenſa operit.

DE CONCORDIA:

Testudo marina insulę pene' magnitudine quom se emergit scopuli faciem præsefert:immobilis quidem donec alligent nauē nautæ:alligatam trahit:eadem esuriens os aperit quo ob bonum odorem pisces qui accesserint deuorantur.

Famosi insidiis Lusitani scrutatores agiles ex strab. Item Simon quidam & Nicon apud Vergilium Sinon. Famosi æginitę:itē Eurybates quidā:Item Thessali: Vnde aratus Thessalus quom sexcētor; hominum capita deo sacrificaturū pollicitus esset ne uotis ab aduersario superaretur:ut impetratum est cūctatus est Apollini sacra persoluere.

DE DISSENTIONE ATQ; DISCORDIA



AD plebem quæ'a pribus secesserat conciliandā mitti placuit oratorē Menenium Agrippā uirum facundū ac plebi charū:itromissus in castra: Tempore inquit quo in homine nō ut nūc in unum consentiebant:sed singulis mēbris suū cuiq; consiliū, suus sermo fuerat:indignatas reliquas partes sua cura suo labore ac ministerio uentri oīa quęri:uentrē in medio qetum nihil aliud quam' datis uoluptatibus frui:conspirasse inde ne manus ad os cibum ferrent, nec os acciperet datū nec dentes cōficerent. hac ira dum uentrē fame domare uellēt ipsa una' mēbra totū'q; corpus ad extremā tabē uenisse:hac fabella plebē pribus cōciliauit. Intestina seditio tāto deterior ē bello:qnto deterius bellū pace:ait Hero.

P isistratus Orchomeniorum rex plebi fauebat:quare a nobilibus i senatu discer ptus:intra'q; sinus conditus est:plebe uero aduolante Imperatus regis filius gra te minor conspirationis conscius:plebi ait:patre' a se uisum supra mortalem spe ciem ad Piscummõtem magna uelocitate deferri:atq; ita plebs placata est.

R omulus quom plebem summo studio affectaret:atq; etiam compluteis plebis gratia supplicio affecisset:a patribus in senatu dilaniatus est.in'q; sinu conditus Pl ebs ad curiam cum facibus discursans :'a T. Proculo reuocata est:dicente se Romulum in monte augustiore forma uidisse;

C laudius imp. Lyciis ob exitiabiles interse discordias libertatem ademit:R hodiis ob pœnitentiam ueterum delictorum reddidit.

P lutarchus in Agidis uita ostendit quãtum mali discordia pariat: ex festiua fabel la ait enim serpenti aliquando cõtigit ut eius cauda aduersus caput seditionem faceret:petiisse'q; ut uicissim quandoq; sibi ducem reliqui corporis esse liceret: nec semp caput ducẽ sequi cogeretur:Igitur accepta ducendi potestate:fiebat ut ipsa sine intuitu sese mouẽs grauiter offenderet: nec minus caput quod cæcum surdum'q; ducem præter naturę institutũ sequeretur in eandẽ perniciẽ traheret

D emarathus Corinthius quom 'a Philippo Macedonũ rege hospicio susceptus esset:qui ob nouas Cleopatræ nuptias 'a se Olympiadẽ Alexandrũ'q; auocaue rat:Dicenti Philippo quo pacto gręci interse mutuam agerent concordiam re spondit. Tua minimũ interest Philippe græcię curam suscipere:qui tot discor diis ac calamitatibus propriam cumulasti regiam.

E theocles & Polynices œdipi thebarum regis filii adeo de regno inter se discepta runt:ut mutuis uulneribus cęderentur: quin etiam cadauera eorum eadem py ra imposita diuersum fumum edidere.

H yenę tali sinistri cinere decocto cum sanguine mustellę perunctis omnibus odio euenere.Chameleontis uero intestina & fimum cum simiarum urina illata ini micorum immane odium omnium'q; hominum conciliare:ait Pli.

A pud Hyperboreos nullũ ẽ discordiaꝝ genus.Excitant autẽ quocũq; siderites la pillus infert Ex Pli.Primũ aũt bellũ i italia gestũ ẽ iter sicanos A borrigenes'q;

M.Agrippa uir ingentis animi dicere solebat multum se huic sentẽtiæ deberet: nã concordia paruę res crescunt:discordia maximæ dilabuntur ait Seneca in episto lis lib.xiiii.qui & in prouerbiis Auxilia humilia firma consensus facit:ait.

DE DONANDI RATIONE



Rtoxerxes Persarum rex quom illi obequitãti in uia pauper qui dam nihil aliud habens , ambabus aquam 'e uicino profluente haustam manibus obtulisset:iucunde suscepit arrisit'q;. Vide in capite de imperatore.

Festiuum Valerii Martialis epigramma in lupum

Donasti lupe rus sub urbe nobis
Rus hoc dicere rus potes uocare:
Argute tegit ala quod cicadæ?
Clausę cui foliū rosæ corona est?
Quam' costi foliū piperue crudū:
Nec serpens habitare tota possit:
Cōsumpto moritur cu'ex salicto:
Nō boletus hiare nec marisæ
Fines mus populatur & colono
Et sublata uolātis ungue prognes
Et quem stat sine falce:mētula'q;
Vix implet cocleam peracta messis:
Errasti Lupe littera sed una
Mallem tu mihi prandium dedisses:

Sed rus est mihi maius in fenestra.
In quo ruta facit nemus Dianę?
Quod formica die comedit uno?
In quo non magis inuenitur herba
In quo nec cucumis iacere rectus:
Erucam male pascit hortus unam:
Et talpa est mihi fossor:atq; arator:
Ridere:aut uiolę patere possunt.
Tanquam sus Calydonius timetur.
In nido seges est hirundinino:
Non est dimidio locus priapo
Et mustum nuce condimus picata
Nam quo tempore prædium dedisti:

Aliud eiusdem urbaniss:

De prętoritia folium mihi Paule corona Mittis:& hoc Phialę nomē haberē iubes
Hac fuerat nup nebula tibi p̄ ęgma punctū: Pallida quā rubri diluit unda croci
An magis astuti derasa ē ungue ministri: Bractea de fulcro qd reor esse tuo.
Illa pctest culicem lcnge sentire uolantē: Et minimi penna papilionis agi.
Exiguo uolitat suspensa uapore lucernæ. Et leuiter fuso rumpitur icta mero.
Hoc linitur sputo Iani cariota calendis Quā fert cū paruo sordidus asse cliēs
Lenta minus gracili crescunt colocasia filo: Plena magis nimio lilia sole cadūt
Nec uaga tā teūi discursat aranea filo: Tā leue nec bōbix pēdulus urget opus
Crassior in facie uetulę stat creta Fabullę. Crassior offensa bulla tūecit aqua
Fortior intortos seruat uesica capillos. Et mutat latias spuma batauæ comas:
Hac cute lædeo uestitur pullus inouo: Talia lunata splenia fronte sedent:
Quid tibi cū phiala ligulā quō mitterē possis? Mitterē quō possis uel cocleā mi
Magna nimis loqmur:coclcā quę3 mitterē possis: Deniq; quę3 posses mit (hi.

Epaminundas quem hominē nequā ob mediocre scelus in (tere paule nihil: uincula coniecisset Pelopidę efflagitanti non dimisit:sed amicę supplicanti concessit:dicens scorta decere non imperatores eiusmodi dona accipere.

Socrates quem Alcibiades grandē daret aream ad construendā domū. Vrbane an uero ait:si calceamētis opus esset corium dares:ut calceos mihi ipse cōficerē?

Antisthenes pontico adulescente pollicente illum fore sibi curę:si nauis qua salsa ueherentur applicaret:sumpto statim secum illo: uase'q; nouo: mulierem quæ farinam uendebat adiit:& ea accepta proficiscebatur: Illa uero precium petente Festiue hic inquit adulescens dabit si salsorum ipsius nauis applicuerit.

Dionysius iunior quem sæpe pecuniam Platoni daret atq; is nunquam acciperet: Aristippus qui aderat:Tuto inquit liberalis & magnificus est Dionysius.

Augustus delectatus inter cœnam symphoniacis Turonii Flacii mangonis eos

frumento donauit:(quem in alia acromata.i.festiuitates fuisset liberalis nummis)eosdem quem postea peteret:Ad frumenti liberalitatē modicam alludens Thutonius:Ad molas inquit sunt.

Fabius maximus quem accepisset militem marsum strenuissimū ad defectionē tendere ad se uocatū sub accusauit:qd nulla in re efficiū eius expoceret:eumq̄ equo acerrimo plurimisq̄ donatū muneribus sibi cōciliauit:ac fidelissimū hūit

Marcellus.L.Bandium Nolanum uirum strenuissimum qui apud cannas obtrūcatis pœnorum plurimis egregie dimicauerat: ac tandem inter multa cadauera confixum spiculis Annibal admiratus:bene curatum multisq̄ donis honestatum demum remiserat:conciliauit nam conspicatus ad Annibalem illum inclinare laudatum prius summis laudibus ; donatum eximio equo & quingentis argenti drachmis fidelissimum habuit.

Galba delectatus inter cœnandum tibicine Cano : Iussit loculum ligneum ad se afferi & acceptos nummos in Cani manus imponens: dixit nō ex publicis sed expriuatis te dono pecuniis:

Dona dis esse grata tum Homerus ĩ plęrisq̄ locis tū Liuius lib.p.d.iii ĩdicat Nā quem populus ait Ro. Q. Fabiū pictorem legatum ad Delphos misisset ab Apolline accepit tum uictoriā duelli fore si de manubiis spoliisq̄ ad eum mitterent.Crotonienses quem uouissent Apollini decimas ex hostium præda:Locrenses nonas uouerunt:conserto q̄ bello Locrenses uictoria potiti sunt.

Donandi ratio & cautiones a Cicer.in off.diligentissime describuntur ; Notandū illud ex eodem lib. viiii. epistolaꝶ ad Dolobellam Munusculum mitti dicitur Lenidense crasso filo. Ait. n. oratiunculam pro Deictaro quam requirebas tibi misi quam uelim sic legas ut causam tenuem & inopem nec scriptione magnopere dignam:sed ego hospiti ueteri & amico munusculum mittere uolui lenidense crasso filo:Lenidensis autem uestis erat crasso filo uiliq̄.

Agamemnon apud Homerum Achilli septem tripodas uiginti lebetes decem auri talenta destinat duodecimq̄ equos pro eo placando:Apud eundem Neptūnus uereor inquit ne magnanimus Aeneas ab Achille conficiatur:sed quid malo immerito aliorum gratia afficitur: semper enim dis grata munera exhibet? Sed plura in capite de liberal.dicētur.

DE DESPERATIONE

Vespasianus imp. suadet militibus ut Iudeorum incursionem facientium impetum uitent:Neq̄ enim cum hominibus mortis auidis manum conserant.Nihil enim est fortius desperatis.

Themistocles Gręcia pulsus quem ad regem Persarum perfugisset:ab eoq̄ esset multis muneribus honestatus ad seruos cōuersus urbane aitio pueri pditi eramus nisi periissemus.Plutar.I Apoth.I Themistoclis uita filios nō seruos dicit

Iuba rex qui Pompeianas partes sequutus fuerat. uictore Cæsare: desperata salute: cum Petreio socio: ut uirtute interfecti uiderêtur decertat: Cadit Petreius: ipse uero quom non posset gladio pectus traiicere precibus impetrauit a seruo ut confoderetur: atq; obtinuit.

Theogenes Numantinus ciuium præstantiss. afflictis numantinorum rebus: e ui cu suo omneis inter se decertaꝛ iubet: omnibus'q; extinctis in ignê moriturus: ne præda Romanorum fieret sese immisit.

Locrenses. xv. milia militum contra Crotoniensium. cxx. milia quom ꝑduxissent tantũ ardorê ex desperatione côceperunt: ut dũ mori honeste quęrunt: fœlicius

Philippo Abydũ oppugnante Abydeni iureiurando coacti sunt se om (uincerêt. nes interse cecisuros si aciem cæsam suorum pro muro pugnantem uidissent: Aetas'q; militaris iurauit neminem uiuum nisi uictorem acie excessurum. Atq; adeo pertinaciter pugnauerunt ut rex territus eorum rabie pugna abstiterit.

DE DISCIPLINA ATQVE DISCIPVLIS



ANdroclidas Lacon quom Agesilaum in pugna uulneratum aspexisset: mercedem inquit a Thebanis tecipis: quos neq; uolenteis neq; scienteis pugnare docuisti

Diogenes cynicus quom adulescens quidam apud illum uellet philosophari: pernam dedit deferendam: ac sequi iussit. at ille præ pudore abiecta quam ferebat perna abscessit: sed post aliquantulum têporis occurrens illi Diogenes ait: Tuam & meã amicitiã perna dissoluit

Antisthenes pontico adolescenti qui se illi in disciplinã dare uellet: rogaret'q; qua nã re sibi opus eêt: libro inq̃t nouo: & stilo nouo: noua'q; tabella: animum v3 . si

Idem rogatus quę disciplina magis eêt necessaria: mala inq̃t dediscere. (gnificãs.

Thimotheus tibicen duplicem exigebat mercedê ab eo qui ab altero esset antea edoctus quia esset illi duplex labor subeũdus: & noua docêdi & dedocêdi uetera

Euclides quom lege cautum esset ab Atheniensibus ne aliquis e megarensibus pedem Athenis unquam attingeret: mulcta capitis indicta sub muliebri habitu antequam aduesperasset: ad Socratem audiendæ philosophiæ gratia ueniebat: & ante lucano tempore redibat. uiginti millia passuum emensus.

Cato ad discendum tardus erat: cæterum quę edisceret memoria continebat.

Epicurus gloriabatur se præceptorem habuisse nullum manlius senator ille maximus nobilis doctrinis doctore nullo ait. Pli.

Antonius philosophus atq; impetator: eo usq; præceptores dilexit ut frontonis statuam posuerit. Proculum ad consulatum usq; prouexit. Iunium Rusticũ stoicę disciplinæ peritissimum ante pretorii præfectos semper osculo prosequutus est: consulem'q; etiã designauit: cui post obitum a senatu statuam postulauit. Tãtum'q; honoris preceptoribus suis detulit: ut imagines eorum aureas ac

sepulchra eorum aditu hostiis floribus semper ornaret. C am illus mira uirtu te humanitate'q; Fabritius & Scipio'e Pignatellorũ familia nobiliss. adolescẽtes tres magno ingenio & elegãtia ea me ꝓsecũtur charitate (à puerilibus .n. annis à me sunt eruditi) ut nihil esset quod ab illis frustra expeterem:

A ristippus Cyrenaicus qui primus Socraticorum mercedem exegit: quæstu'q; philosophatus est: magistrum Socratem pecuniis semper impertit.

C riton Atheniensis adeo usq; præceptorem Socratem affectu prosequutus est: ut nunquam aliquid ex iis quæ sunt ad usum necessaria sibi deesse pateretur.

X eniadę Diogenis heri filii: præceptoris Diogenis curam non habebant uulgarem: immo patri semper reddebant commendatissimum.

P latoni quom Dionysius dixisset caput tibi quispiam tollet: Xenocrates Platonis discipulus qui aderat suum ostendẽs: nullus inquit id priusquam istud abscindet: Iuue. Saty. vii. Dii maiorum umbris tenuem & sine põdere terram spirantes'q; crocos & in urna perpetuum uer: qui præceptorem sancti uoluere parentis esse loco. Pli. in epist. Est enim benignum ut arbitror & plenum ingenii pudoris: fateri per quos profeceris: uide in capite de literis Charondas:

A ristoteles ad Platonem audiendum decimum & septimum ætatis annũ agens dicitur accessisse: uiginti'q; apud eũ annos fuisse discipulũ. Zenonẽ ẽt. xx. ãnos auditorem fuisse constat: ferunt'q; dixisse: tunc secundis uentis nauigaui: quom naufragium feci. Solon dicebat tandiu discendum quandiu uiuatur.

I dem Arist. rogatus quo pacto discipuli proficerent egregie: si excellentiores ait prosequentes: tardiores non attendant.

I dem Socrates dicebat Isocratem discipulum frenis: Theopompum calcaribus indigere. Cicero ad Att. Q uintili. uero de Ephoro & Theopompo.

A ntimachum poetam legentem quom omnes præter Platonem reliquissent: legam inquit nihilominus: quia Plato mihi unus instar est omnium.

C leãtes adeo disciplinę deditus: ut quæ à Zenone audiret: testę boum'q; ossibus inscriberet: quom pecuniis ad emendas chartas careret.

H eraclitus in iuuenta nihil se dicebat scire: ubi uero ad uirilitatis annos euaserat nihil ignorare.

I dem Cleãtes aquam noctu hauriebat precio quo sustentabatur: p̃ceptorem'q; Chrysippum audiens mirus euasit.

I ulius Florus quem aliquando adolescentem tristem eundem'q; scholasticum uidisset: interrogauit quæ causa frontis esset tam deductę: quia triduo inquit adolescens materiæ ad scribendum destinatę non inueniret exordium. Tum Florus: Nunquid tu inquit melius dicere uis quam potes: Ita res se habet: curã dum est ut quam optime dicamus: dicẽdum tamen pro facultate: ex Q uintil Solon dicebat Senesco semper plurima discens. ex Plato. ii. de philoso.

Z eno quom quendam ex discipulis inflatum turgidum'q; esse nosset: percutiens dic ebat: non si magnus fueris bonus eris: sed si bonus magnus.

Apud Indos scholasticis non licet: neque loqui: neque sternutare: nec etiam excreare: uel die illa e coetu discedere: & quom .xxx. annos sic uixerint in sua secedere. Pythagorei non minus quam biennium: tacebant. Hesiod. optimus ille quidem est qui paret rite docenti. de silentio Pythagoreorum est in capite de silentio.

Polyenus qui magnus mathematicus fuisse dicitur: postea quam Epicuro assensus est totam geometriã falsam esse credidit: unde illa et quę sciebat oblitus ẽ

DVCES MILITVM QVID DECEAT:



Icero in oratione pro Pompeio. Ego. n. ait sic existimo in summo imperatore quatuor res inesse oportere: scieñtiam rei militaris, uirtutem, authoritatem, foelicitatem. Xenophõ in Cyri pædia lib. 1. ait ad habendos obedientes milites nihil esse duci magis efficacius quam ut dux subditis prudẽtior esse uideatur. & subdit At illud certe potest ut una cum iis lętetur, quibus aliquid boni cõtigerit: & una tristetur siquid acciderit mali: & opem ferre alacriter studeat eorum difficultatibus: præcaueat'que ne quid errent: at norit qui hoc facturus sit: & insidiatorem esse oportere & dissimulatorem & dolosum & deceptorem & furem & raptorem & omni in re hostibus prævalere.

Paulus Aemilius nocturnas uigilias sine armis fieri iussit ut attentius excubarẽt.

Cornelius Tacitus in Iulii Agricolæ uita ait, imperatoris officium esse non studiis priuatis nec ex cõmendatione: aut precibus centurionum milites asciscere: sed optimum quenque fidelissimum putare: omnia scire, non omnia exequi: paruis peccatis ueniam, magnis seueritatem cõmodare: nec poena semper: sed poenitẽtia sæpius contentum esse.

Cornelius Scipio cui postea Africani fuit cognomentum, expugnata Carthagine quom esset orta inter duos milites contentio de corona murali donando eo qui primus murum conscendisset: quom uterque se fuisse priorem diceret: ut in certamen pene omnem traxerint exercitum: cõcione aduocata compertum se hẽre dixit, ambos pariter murũ ascẽdisse, ambos'que coronis muralibus donauit

Idem Scipio dicebat se malle unum ciuem seruare quam mille hostes perdere: et idem dicebat in re militari turpe esse dicere non putaram.

Lucullus quom pridie nonas Octobris copias cõtra Tigranem Mithridatis generum eduxisset: eque militibus aliqui nefastũ diẽ esse ducerent: ob id'que minus ad bellũ capessendũ idoneũ: ego uero ait cõmilitones ex atro foelicissimũ hũc diẽ romanis faciam. Duces copiarũ urbẽ ingredi mos nõ fuit ait Plu. in Pomp.

Non ab re uisum est ascribere quod Plutar. in Sertorio recitat: ait. n. & hoc adiungamus qui bellacissimi duces maxime fuerunt, eos altero caruisse oculo: Philippum qui in Methonę expugnatione in transitu oculo dextro sagitta imissa ab Astro sagittario orbatus est: quam solo æquauit: ut ait Strabo. apud Solinum

corrupte Othmona legitur pro methona: Antigonũ q̃ sagitta catapulta a Perinthiis missa: Annibalẽ q in Hetruria locis palustribus aeris itẽperie uigiliis'q̃ confectus: & Sertoriũ q in bello marsico oculum amisit. sed iis addendam Plecam mulierẽ plane uirilem altero oculo captã: cuius meminit Strabo. lib. xyiii
Annibalẽ in oĩ fortuna nũq̃ coenãtem cubasse: aut plus sextario uini idulsisse: ait
Clearchus quom fronte hilaritatẽ in periculis subeũdis prçseferret. Iust. xxxiii.
ipso aspectu suos ad subeũda discrimina reddebat paratiores.

DE DILIGENTIA.

Diligentia ut si quãdo oportuna est laudi ita nimia uitio uertitur. quod hisce exemplis liquebit.
Africanus centurionem qui in pugna non affuerat quom increparet: atq̃ ille diceret se in castris custodiç gratia remansisse. non amo inquit nimium diligentem.
Apelles quom Prothogenis opus immensi laboris ac curæ supra modum anxie miraretur: dixit omnia sibi cum illo paria esse. aut illi meliora. sed uno se prçstare. quod manum ille de tabula nesciret tollere: memorabili præcepto nocere sçpe nimiam diligentiam: hæc Pli. l b. xxxy. Marcia. pereant securæ nimium solli citæ'q̃ manus. Her. in epist. insani sapiẽs nomen feret çquus iniq̃: ultra quam satis est: uirtutem si petat ipsam Terent. in Phor. Nostrapte culpa facimus ut malos expediat esse: dum nimium dici nos bonos studemus.
Rhodienses Indiç Dianæ sacrificantes conuiuia multos dies in deç ara prorogabant: Deum'q̃ quom consuluissent an matulam essent in sacrificium illaturi: responsum est ut inferrent: illi uero ambigentes utrum çneam an cretaceam essent illaturi: iter deũ cõsuluerũt: Deus uero indignatus neutrã inferẽdã rñdit.
L. Tatius Ruffus infima natalium humilitate cõsulatum militari industria meritus: antiquç alias parsimoniç: circiter mille sicelos liberalitate Diui Augusti usq̃ ad detractionem hçredis exhausit agros in piceno coemendo colendo'q̃ in gloriam: internicionem ergo famem'q̃ censemus. Imo Hercle iudico modum rerum oĩum utilissimũ: bene colere necessariũ: optime dãnosum: hçc Pli. li. yiii.
Duilli imp. classis ab arbore excisa. lx. die nauigauit cõtra Hieronẽ regem. ccxx. naues diebus. xl. factas Piso narrat. ii. bello punico Scipiõis classis. xl. die a securi
Diligentia maxima uti prouerbialiter oĩbus uestigiis ingreer: itẽ ma (nauigauit. nibus pedibus'q̃: itẽ uelis & eq̃s uti.

DE DIVITIIS.

Zeno quom sæpe dixisset diuitias esse indifferentes. Antigonus falso sibi nunciari fecit prçdia illius ab hostibus esse direpta: & quom tristior esse ctus esset: uides inquit diuitias non esse indifferentes.

Pompeii milites quom quidam ex illis in thesaurum incidisset omnem locum pecuniarum refertum esse putantes quas Carthaginenses quondam occuluissent pluribus diebus ad excauãdum agrum intumbẽtes per illos dies ne a Põpeio quidem ipso potuerunt a fossione deduci. subridens'q Pompeius impense laborantes sudantes'q ambibat. Sed tandem spe elusi sese ut quocunq eos ducere uellet obtulere: ut qui stoliditatis suæ poenas essent pensuri.

Leon Eutycratides interrogatus quam urbem quis incolẽs tutus esset: ubi inqt neq plura neq pauciora incolẽtes possiderẽt. Pli. li. xxxiii. illa nos premũt illa nos ad inferos agunt quę occuluit natura atq demersit Zeno dicebat nõ magis prodesse quam nocere opes atq sanitatem.

Crates Thebanus homo locupletissimus quom ad discẽdam philosophiã Athenas concederet magnum auri pondus abiecit putans non posse uirtutes simul & diuitias possidere.

Epicurus ad Pytocleam: si uis inquit Pytoclea te diuitem facere nõ pecuniæ addiciẽdũ: sed cupiditatibus detrahẽdũ. Luc. sed ps uilissima reꝝ certamẽ mouistis opes: qñ plura q̃ hẽat tũ plurimos iuidere illi isidiari & hostes fieri: ait Xenos

Paria tormenta esse pauperum diuitum'q ostendit eleganter Bion. ait. n. nõ minus molestũ esse caluis quàm comatis pilos uelli. Plato in rep. ait nec extrema in aliquibus ciuium inopia sit nec ingentes diuitiæ.

Nabathei adeo patrimonii seruatores sunt ut qui rẽ patemam diminuerit: publice damnarteur: Augenti præmium propositum.

Possidonius diuitias causas esse malorũ dicebat: non quod ipsæ facerẽt sed quod facturos irritarent. ex Seneca lib. iiii. epistol. Idem de paupertate ait: Nudum latro transmittit: etiam in obsessa pauperi uia pax est.

Cyrus apud Xenoph. Crœso suadenti ut pecunias cumularet: inquit ipse mihi iubes ut apud me collectos habeã thesauros: ut propter eos inuidię sim & odio fidam'q mercennariis custodibus: quos iis pręfecerim: At ego dum amicos diuites reddo hos esse puto mihi thesauros & custodes simul tũ mei ipsius tum meorum bonorum. quod mutuatus Martialis Extra fortunam est quicquid donatur amicis: Quas dederis solas semper habebis opes. Idem Cyrus inferius ait. Non eos ego Crœse fœlicissimos existimo: qui pecunias plurimas possideãt: queadmodũ neq fœlicissimi sunt q̃ muros custodiũt: & ob id qcqd in urbe est: Veꝝ qui & cõparare plurimas pecunias iste possit & iis uti honeste

Pheraulas diues a Saca fœlix nuncupatus ob diuitias quas pauper acqsierat: nã ait ita existimas Saca me nunc eo iucũdius uiuere quo plura possideo: an ignoras me: & eẽ & bibeẽ & dormirẽ nullomõ mihi iucũdius: q̃ tũc quom erã paup & subdit: q ualde oblectaẽ pecũiis certo scito hũc si sumptũ faciat ualde tristari

Diuitiis celebres M. Crassus q negabat diuitẽ esse nisi cũ q reddītu annuo regionem tueri posset. ut ait Pli. lib. xxxiii. Cic. i of. q exercitũ alere posset. Plutar. uero i Crasso ait Crassum male sensisse: nulla. n. mẽsura bellũ nutriẽ teste Archi

damo:hic fuit ex ea gente qua fuerat alius Crassus diues appellatus : item tres claudii principatu Pallas:Callistus:& Narcissus.Itē.C.Cælius claudius. Ilidorus testamento suo dixit:quãuis multa ciuili bello perdidisset: tamen relinquere seruorum quatuor millia centum ac sedecim:iuga boum tria millia sexcēta. Reliqui pecoris quinquaginta septem millia:Innumerato pondo sexcenta millia.item Sylla:Lucullus:Ex externis Ptolemæus qui Pompeio res in Iudæa agente octomillia equitum sua pecunia tolerauit:mille conuiuas totidem aureis potoriis mutantem uasa cum ferculis saginasset:item Pythius Bythinnus qui platanum auream uitem'q nobilem illã Dario regi donauit.xerxis copias hoc est septies octoginta octomillia hominum excepit epulo : Stipendium quinq mensium frumentum'q pollicitus.Pythius inquit Herod.li.vii.Atys filius Lydus xerxis exercitum omnium maximum ipsum'q regem magnificentissimo hospitio excepit:spopondit'q se pecuniam ei in bellum suppeditaturũ. xerxi'q roganti quantum pecuniarum haberet ait esse sibi argenti duo millia talentorum.Auri uero quadragies centena millia Daricorum septemmillibus minus quæ sibi dono daret.itē Crœsus Lydorum rex.item Midas Phrygiæ rex. Tantalus Phrygius:Pelops'q filius.itē Attalus Pergami rex qui opes po.ro. legauit hæreditate diuitem'q pariter ac luxuriosum eum reddidit.item Callicrates Carystius.Cyniras:Lucrius auernus pr̃ Bititi q cum Domitio pugnauit.Solomon qui ducentas lanceas sexcentorum sicloꝝ pondere aliquãdo ex auro confecit:treccenta'q scuta singulas ternas minas auri habentia. Hom. Erichthoniũ Sysiphum'q omnium hominum locupletissimos uocat. celebratur itē Mæandor protagoræ pater qui xerxem omneis'q illius copias hospitio suscepit. Romanis addendus Liuius Drusus qui in tribunatu plebis.xi.millia pondo argēti habuit. Demetrium pompeianum puduit locupletiorem esse Pompeio.

Celebres Diuitiis regiones in Hispania Turdetania in qua argēteis Turdetani aliquando præsepibus doliis'q usi sunt ex Strab.Galatia a Diodoro ob fluminũ auriferorum decursus.qui aliquando exuberantes quom restagnassent: in glebis aurum reliquerunt:urbes Corinthus & Thasiorum colonia Datus ob aurifodinas:Tarentum:sed supra omneis Syracusæ prouerbio ēt celebratæ. Mõtes Iberi qui postea Pyrenei sunt nuncupati quia plures continuos dies ex flãma a pastoribus iniecta arserunt argento multo abundantes ex illo enim incēdio riuuli argenti fluere p montes uisi:ea res ab oppidanis nõ cognita:sed phœnices quom rem accepissent tantum argenti abstulerunt ut quom onustis nauibus superesset argentum:amoto ab anchoris plumbo argentum suffecerint. Auriferi fluuii Pactolus in Lydia:tagus in hyberia:Ganges in India : Hebrus in thracia:Padus in Italia authore Plinio.

Plutonem diuitiarum deum putabant:cæcum'q hunc pingebant:nec immerito cæcus enim est: qui diuitiis studet ait Dion.

DE DEORVM CVLTV ET CAELESTIB.



Ei cultus qualis debeat eẽ Liuius nõ discrepãs a literis sacris hiis indicat uerbis. Eodem inqt ãno Posthumia uirgo uestalis de incestu caũm dixit: crimini obnoxia ob suspitiõem pp cultũ amœniorem ingeniumq̃ liberius q̃ uirginem deceret parũ abhorrens: famam amplauit: deinde absolutam pro collegii sententia pontifex Max. abstinere iocis coliq̃ sancte potius quam scite iussit.

Barthabaces magnę matris sacerdos Mario cõtra Theutões bellũ gerẽte quom uellet ad senatũ referre a matre deũm uictoriã sibi nũciatã: ac ob id pcaret templũ deæ decerni: prohibitus ab Aul. Pompo. tribuno eq̃ ipso pulpito deturbatus est: sed dimissa cõcione febris statĩ Aulũ iuasit: itraq̃ septimũ diẽ occubuit.

Alexander Seuerus imp. quom quẽdam locum qui publicus fuerat Christiani occupassent: contraq̃ Popinarii dicerent sibi eum deberi: rescripsit: melius esse ut quomodocunq̃ illic Deus colatur quam popinariis dedatur.

Diogenes Cynicus dicẽti Lysię pharmocopolę an Deos esse crederet: quomodo inquit non credo qui te diis inimicum puto?

Epicurus inqt Cic. solus uidit primũ esse Deos qđ in oĩum aĩs eoꝝ notiõem impressit: Abraam uero primus dixit Deum creatorem unum esse cunctorum.

Thales quom domo exiret inspiciendorum syderum causa: in subiectã scrobem icidisse fert: petulantiq̃ pbro dictũ ab anu domestica qua ratiõe o Thales quæ in cęlis sũt cõprẽsurũ te arbitraris q ea quę sũt ante oculos uidere nõ uales?

Fabritius dicẽte Cynea Pyrrhi legato deos ab ira lõgissime amotos ex epicureoꝝ sententia: nec ullã hominũ curã suscipiẽtes ociosos eẽ: exclamans o utinã inqt hæc Pyrrho & samnitibus cordi sint quamdiu aduersus nos bellum gerunt.

Hiero tyrannus quom a Simonide quęsisset quid aut qualis eẽt deus: deliberãdi causa Simonides unã diem sibi postulauit: postridie uero ab Hierone idẽ qreте biduũ petiit: quom uero sępe dieꝝ numerũ duplicaret: admiratus Hiero quęsiuit cur ita faceret: qa q̃to inqt diutius cõsydero: tãto res uidet mihi obscurior.

Camillus uolẽtibus Romanis ex urbe discedere in oratione quam habuit. Inueniẽtis ait omnia prospere euenisse sequentibus Deos: aduersa spernentibus.

Thysetę ossa diis sacrificant. ipsi autem uescuntur carnibus.

DE DOLORE ET CVRA.



Arcus Antonius Antonini Pii imp. gener educatorẽ suũ mortuũ quom magno defleret opere: auocaretur q̃ a luctu ab aulicis. Antoninus illis dixit pmittite illi ut homo sit: non. n. philosophia uel imperium tollit affectus. Seneca de consola. non sentire mala sua non est hominis: non ferre non est uiri.

D ionyſius Heracleotes laborãs ex renibus in ipſo eiulatu clamitabat falſa eẽ illa quæ antea de dolore ſenſiſſet: quem dum Cleãtes diſcipulus eius rogaret quę nam ratio eum de ſententia deduxiſſet: reſpondit quia quom tãtum operę philoſophiæ dediſſem: dolorem tamen ferre non poſſem. Oui. Dolor artibus obſtat. Seneca imperari dolori ſilentium non poteſt.

P ericles licet animo fuerit inuicto: afflictatus tamen longo dolore incantationẽs collo alligauit ſibi à mulieribus pro amuleto datas.

S eruius Clodius eques ro. magnitudine doloris in podagra coactus eſt ueneno crura pũgere: & poſtea oĩ ſenſu carere ęq̃ ac dolore ĩ ea pte corpis. Cic. ad Octa nulla. n. ait remedia q̃ uulneribus adhibent tã faciũt dolorẽ q̃ q̃ ſunt ſalutaria.

M. Agrippa doloris pedum impaciens inſcio Auguſto uoluit potius uſu pedum carere quam dolorem ulterius perpeti: ĩ feruens acetũ pedes immergendo.

C . Proculeius Auguſti familiaris in maximo ſtomachi dolore: gypſo epoto cõſciuit ſibi mortem. Minos in maximo dolore tibiam coronam q̃ꝫ è ſacris abſtulit.

P ſeudolus apud Plautum quom dixiſſet Ballioni Lenoni: heu pudet quod tibi ꝑmiſit q̃q̃ id promiſit dare: quia tibi minas uiginti pro amica etiam non dedit: feſtiuæ Ballio ſubdit: mmio id quod pudet facilius fertur quam illud qđ piget.

C ocodilli qui in aqua & alterius q̃ in terra uiuit cinis corii ex aceto illitus iis partibus quas ſecari opus ſit: aut nidor cremati ſenſum omnem ſcalpelli aufert.

A chilles Homericus Priamo q̃ ad illũ noctu ꝓ Hectoris corpe ſe receperat nimiũ fletui indulgẽti: age ait in hoc ſolio ſedeas: dolores triſti aĩo p̃mamus: nulli. n. uſui nimii fletus ſunt. Niobe eodẽ tpe nouẽ filiis orbata: cibo tñ non pepercit.

S ollicitudinem animi propitiat ſaluia poſt aurem digito relata. Ex Pli. xxyiii. lib. xxy. uero ait Herbas certe ægyptias à regis uxore traditas ſuę helenę plurimas ac nobilem illum Nepenthes obliuionem triſticiæ: ueniam q̃ꝫ afferens: Apud Homer. hic ut arbitror ſuccus intelligitur: quom Helena iniecit pharmacũ uino: quod oẽm irã dolorem q̃ꝫ obliteraret. Aqua mulſa triſtitiã mitigat ait Pli.

E uripedes dicebat ſuauis eſt laborum præteritorum memoria. Vergilianus æneas forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit.

D olorem Zeno dicebat eſſe irrationabilem animi contractionem: cuius ſpecies eſſet miſericordia: Inuidia: Aemulatio: Zelotypia: Angor: Cõturbatio: Triſtitia Mœror: Cõfuſio. Pli. xx: li. ait ad oẽs corpis dolores ſuccũ e ſcordio ualere.

A nneus Seneca nunquam inquit lachrymæ opprimuntur imperio: ſed irritantur. Nulla flendi maior eſt cauſa quàm flere non poſſe.

DE EXILIO.



Naxãdridas Lacedæmonius ad eũ q̃ ęgre ferebat quod exularet O bone inq̃t ne urbem relinquens horreas: ſed iuſtitiam.

Diogenes Cynicus exprobãti cuidã exiliũ: at ait huius miſer ea

philosophatus sũ: Alio q̃ dicẽte Sinopẽi te exilii arguũt. Et ego igr illos morę.

Teucer rediens ex Troiana expeditiõe quom ob Aiacis fratris mortem Telamoni prĩ eẽt iuisus: atq̃ ab eo exilio mulctaret: ad socios cõuersus ait: pria ẽ ubicũq̃ bñ ẽ. Ex Cic. i Tusc. Hor. Nil desperãdum Teucro duce & auspice Teucro.

Caligula quom quendam à uetere exilio reuocatum postulasset: quid nam ibi facere consuesset: atq̃ ille per adulationem respondisset consuesse rogare ut (qd̃ euenit) periret Tyberius: ut'q̃ ipse imperaret: suspicans sibi quoq̃ exules suos mortem imprecari: misit circum insulas qui uniuersos trucidarent.

Clodius in Ciceronis exilio legem tulit: nequis de eo reducẽdo ad senatũ referret neq̃s decerneret: ne disputaret. ne loq̃retur: ne pedibus iret: ne scribẽdo adesset.

Metellus Numidicus Apuleio saturnino agrariam legẽ ferẽte qd̃ noluerit iurare die dicta quom à bonis uiris defenderetur, ne causa maloꝝ certaminũ esset, in uolũtarium exiliũ Rhodum profectus est. Rutilius uir summę innocentię: in uisus equestri ordini repetũdaꝝ dãnatus in exiliũ mittitur ex floro: Seneca li. iii. epist. Exilium ait Metellus fortiter tulit. Rutilius ẽt libenter. Alter ut rediret reip. pręstitit: Alter reditum suũ syllę negauit, cui nihil tunc negabatur.

Idem Rutilius consolanti eum cuidam ac dicenti, instare bella ciuilia: & ob id breui futurum: ut omnes exules reuerterẽtur: quid tibi inquit mali feci: ut mihi peiorem reditum quam' exitum optares?

Callistratus factus exul ab Atheniensibus: operantem quempiam ut restitueretur: abhominatus est.

Apud gręcos qui mittebantur in exilium seruare bouem dicebantur: In argiuis enim quo mittebantur bos æneus erat: magnitudine conspicua.

Marcellus iuriscõs. li. xlviii. dig. Exiliũ ait triplex est: aut ęteroꝝ locorũ ĩterdictio: aut lata fuga ut oĩum locorũ ĩterdicatur p̃ter certũ locũ: aut relegatio in isulã.

Demetrius phalereus pulsus patria, Thebis exulabat: Cratem obuiũ iniquo animo uidisse propter abiectam uitam dicitur: crates uero licet cynicus esset: benigne hominem alloquutus de exilio disseruit disputans nihil in eo mali inesse, atq̃ ut ob rerum bene gestarum cõscientiã cõsideret hortatus est: tũ Demetrius ad suos conuersus, heu inquit ea negocia actiones'q̃ nostras inquit quorum causa hactenus tantum uirum nosse non licuit.

DE EXERCITATIONE ET VSV:



Laomedon Orcomenius ob uitandum splenis morbũ ex cõsilio medicorũ lõgissimis cursibus usus est: exinde recupata ex habitu currẽdi ualetudine in certaminibus omneis supauit: Iulii uiatoris exemplum est huic consimile in capite de consuetudine.

Columella magistrũ artiũ usum appellat: admonet q̃ admissariũ modica exercitatõe cõcussum uegetiorẽ: ita fœmi iniũgi oportere: ut tacita q̃dã ui

femina ipsa principiis agilioribus figurent. Pli.li.xxviii. His remediis ait animi rat exercitatio: Multa adimit: corpus auget modica: in primis pdest ambulatio gestatio: eqtatio stomacho & coxis utilissima: pthisi nauigatio: sed & Galenus cum cæteris medicis id asserit: corpus.n.ait & animam exercitatione leuē fieri partesq corpis ualētiores solidiores q reddi: Oui.& nō sentit sedulitate dolors

Xenophō li.viii. Pædię Cyri ait: Apud psas fuisse legē ut nemo necq spueret: necq mucorē faceret. Hoc iō ut p exercitationē sudorē q corpa illoꝝ fierēt solidiora.

Demosthenem ait Phalereus quom ρ dicere nequiret: exercitatione fecisse ut di ceret. balbus inquit Hieronym. melius balbi uerba cognoscit.

Antonium quom apud Actium uicisset Octauius: reuertenti inter gratulanteis occurrit coruū tenens: quem instituerat dicere: aue Cęsar uictor impator: Miratus Cæsar officiosam auē: xx. millibus nūmum emit: socius opificis ad quē ex illa liberalitate nihil puenerat: affirmauit Cæsari: & se habere alium coruū: quē ut afferre cogeretur rogauit: Allatus uerba quæ didicerat expressit. Aue uictor impator Antoni. Nihil exasperatus satis duxit iubere illum diuidere donatiuū cum cōtubernali: Exemplum sutotē pauperem sollicitauit: ut coruum ad parē salutationem institueret: qui impendio exhaustus sæpe ad auē nō respondētem dicere solebat: opera & impensa periit. Aliquando tñ coruus cœpit dicere dictatam salutationem: qua audita ab Augusto in transitu: satis ait salutatoꝝ taliū domi habeo: superfuit coruo memoria: subtexuit q opera & impensa periit: ad quod Cæsar risit. emitq eam iussit quanti nullam adhuc emerat.

Lycurgus legumlator ut a mollicie ciues auerteret: duos catulos ex iisdem parētibus ortos alterum gulæ domi assuefecit. Alterum uenationibus in agris exercuit: Deinde in contionem adductis canibus: disposuit gulæ irritamēta: postea, leporē dimisit: cōcurrēte utroq ad cōsueta: leporem q quom uenaticus accepisset: uidete inqt o ciues quam dissimiles ob educatiōem solā euaserint. quāto q efficatior quam natura ad res honestas sit exercitatio. Seneca ad Luci. Nō potest athleta magnos spiritus ad certamen afferre: qui nunquam sugillatus est.

Senex quidam exactæ diligentiæ: quom post annum nonagesimum procurationis uacationem ultro a. C. Cæsare accepisset: componi se in lecto: & uelut exanimem a circunstante familia deplorari iussit: Lugebat domus ocium domini senis: nec finiuit ante tristiciam: quam labor illi suus restitutus est. Labores obsonium sunt uiris bonis ait Xenoph.

Memorabile est quod Philostratus in uita Apollonii ait: in conuiuiis indoꝝ mēsam in semicirculum componi: circa quam conuiuæ coronati epulantur: post uero potationes puer in medio consistit: ac sagittam in se missam saltu supra caput reuolutus uitat. Funda adeo exerciti ut summos capillos glande attingāt: sunt & sagittarii q sagittaꝝ ictibus lineā ducāt: sed i capite de Arte quā plura.

M. lepidus: quom cæteri Tyrones milites q in campo se exercerent: ipse q in herba recumberet: uellem hoc esset inquit laborare.

Scipio Aphricanus exercitus sub aliis impatoribus uictos ita exercuit omni ope re fossis'q faciendis:ut diceret fodientes luto inquinari oportere qui sanguine hostium madere noluerint:inuictos'q pene reddidit.

Metellus in Africa Albino imperante subiugatum accepit exercitum:quem ita e mēdauit ueteribus institutis & disciplina maiorum:ut postea eos à quibus sub iugum missi fuerant superarent Ouid:li.v.de tristibus.Adde quod ingenium longa rubigine læsum Torpet:& est multo quam fuit ante minus. Fertilis assiduo si nō renouetur aratro Non nisi cum spinis germen habebit ager.Cic.in Tusc.& quemadmodum ager quantumcunq fertilis absq cultura fructuosus esse non potest ita sine disciplina animus & doctrina.

Marius exercitus uicti à Cimbris sub Cæpiōe Manilio & Syllano reliquias ita erudiuit & exercuit ut mirabilē multitudinem Cimbroꝝ Theutonicorum'q & Vgrorum publico marte deleret.Cæterum exercitatio militaris erat eiusmo di ut tyrones iuniores'q in exercitu mane ac post meridiem exercerentur saltu cursu iaculatione funda plumbata ad palum ad scuta ueteres.n.semel in die si ne intermissione.Cogebantur præterea pedites instructi omnibus telis milita ri gradu decem millia passuum ire redire'q:gradu'q militari uiginti millia passuum horis quinq duntaxat æstiuis cōficiebant : pleno gradu qui citatior erat totidem horis passuum.xxiiii.millia:in'q eo gradu cogebantur ferre pondus lx.librarum.Tyrones ante expeditiones in campo Martio exerceri sudorem'q ac puluerem in Tybrim deponere consueuerant natandi usum perdiscentes. Vide in capite de militia:

Democrates palestrita pedibus æger conatus morbum excutere eousq pductus est usu:ut in certamine lineam circunduxerit:iussis'q aduersariis ut extraherēt illis'q nequeuntibus coronatum abiisse. (ait Arist.

Post cœnā deambulatiōe calorē excitari:qescere & stati ad lectū accedere suffocari

Addendum illud ex Pli.li.xxyiii.capita aperiri aspectu magistratuū nō ueneratio nis causa iusserēt:sed ut Varro author est:ualetudinis:quo firmiora cōsuetudine (eafierent.

DE ELECTIONE:



Dionysius tyrānus tres in cōspectū Aristippi simul dari iussit mulieres:eū'q quā ex illis uellet eligere:tū Aristippus tres simul adduxit dicēs neq Paridi tutum fuisse qd unā pra tulerit cæteris. Lysander spartanoꝝ legatus ad Diōysiū uenerat huic quom dionysius duas misisset stolas ut utrā uellet filiæ deferret ambas accepit ait'q ipsam melius electuram.

Cato Hispaniam sortitus quom hostium audisset mirā copiam eē ad bellū parātam ob id'q decreuisset Celtiberegꝫ ope uti petētibus illis ducēta talēta subsidii gra atq negātibus aliis cōditionem ac dicētibus turpe eē populo ro.auxilia

mercede conduceretur: urbane sciteq́ Cato: non esse graue respondit: Nam si uicissent hostium manubiis satisfactum illis iri: si uicti essent: nec eos qui peterēt nec a quibus repeti deberet superstites relictum iri:

DE EXERCITV ET MILITIA:



Hotion quom Leosthenis ducis milites concinne ornatos aspexisset, rogatus qualis sibi ille exercitus uideretur: Belle me Hercule inquit ad stadium decurrendum instructus.

Antiochus ostendebat Annibali in campo copias quas bellum populo ro. facturus comparauerat: conuertebatq́ exercitum insignibus argēteis aureisq́ florentem: inducebatq́ etiam currus cum falcibus & elephantos cum turribus equitatumq́ frenis ephippiis phaleris q́ præfulgentem: Atq́ ibi rex tanto tamq́ ornato exercitu gloriabundus: Annibalem aspicit: Et putas ne inquit satis esse Romanis hæc omnia? tum pœnus ignauiam imbelliam q́ militum eludens preciosé armatorum: Plane inqt esse satis credo hæc Romanis & si auarissimi sint.

Pescennius omne uas argenteum etiam ad bibendum accommodatum sustulit: dicens posse fieri ut sarcinæ militares in potestatem hostium uenerint, fierētq́ barbari argento nostro gloriosiores:

Cabrias Atheniensis dicebat terribiliorem esse exercitum ceruorum duce leone: quam leonum duce ceruo: hunc aliqui Gobriam uocant: Gobrias uero Assyrius apud xenophontem est.

Apud ueteres exercitus ex duabus tantum legionibus & copiis auxiliaribus constabat: legio uero interdū erat ex sexmilibus aliquādo ex pluribus ut est apud uegetium: Alexāder Macedo traiecturus in italiam erat: cum trigintamillibus Macedonum ueteranorum & quatuor millibus equitum thessalorum maxime, nam persas indos ue si adduxisset impedimentum traheret, Palestinorum exercitus contra hebręos, ex peditibus treecentis millibus equitibus sexagintamillibus curribus trigintamillibus. Ninus contra Bactrianos pedites duxit ad decies septies centena millia, eqtum ducētamillia, currus falcatos paulo minus decēmillibus & sexcentis. Darius aduersus Sacas cētingētamillia militū duxit

Eius filius xerxes in gręciā septingētamillia de regno, treeētamillia ex auxiliis, naues decies cētena millia ait Iustinus, Herodo. plura fuisse ait, rēq́ lōgius psequitur

Apud Hemerum exercitus tacitus ceu mutus ad bellum incedebat, Moses in legibus eos qui demum ædificassent, ac non habuerint tempus annuum ad fruendum, & qui arbores seuerint, nec de fructibus freti sunt, item qui nuper uxores duxerint immunes belli fore sanxit.

Scipio Aphricanus negabat cum hoste confligi debere, nisi aut occasio, aut necessitas cogeret:

Illud notandum Iani templum ter obseratum omnino fuisse quod symbolum erat pacis: regnante prius Numa: ac post hunc annos cccc.lxxx. composito bello Carthaginense. C. Attilio: Tito q; conss. atq; augusti tempore.

EXITVS:



Yneas orator Demosthenis auditor Pyrrhi familiaris decernentem Pyrrhum in Italiam nauigare: contra Ro. Tarētinis auxilio futurū: interrogat: superatis (si dii dederint) nobis Romanis Pyrrhe: quid tum ageremus? Totam inqt Pyrrhus haberemus italiam: Parumper commoratus cyneas ait: quom autem Italiam coeperimus: quid tum agemus? Et Pyrrhus proxima inquit Sicilia est: foelix captu q; facilis. recte dicis inquit Cyneas: sed num finis nobis erit militię Sicilia capta? Deus modo inquit Pyrrhus uictoriam pręstet: nam iis uelu ti pręludiis utemur ad res maximas conficiendas: quis enim se libya abstineat & Carthagine? cui Cyneas sed uictis omnibus ac subactis quid faciemus tandem? Et Pyrrhus ridens ocium inquit agemus. & quotidiana festiuitate mutuis q; sermonibus lætitia q; perfruemur: quom ad hec Cyneas Pyrrhū adduxisset: at qd uetat ait o rex quominus nūc ista lęticia: festiuitate: & ocio pfruamur?

Athenienses quom inuito Photione bellum cum Antipatro suscepissent: eum q; athenas irruentem audissent: Photioni detulerunt ut pacem ab Antipatro expostulet: at photion: tunc ait quom ociosis uobis cōsulebam si mihi creditum esset: haud nunc profecto tumultuantes consuleretis: cui potissimum uos uestra q; credere debeatis.

Epaminundas rogatus utrum se meliorem diceret: an Cabriam: an Iphicratem? Difficile est inquit donec uiuimus iudicare:

Solon a Crœso rogatus an eum esse fœlicem iudicaret: respondit usq; ad exitum uitæ iudicari non licere ut dicam in capite de fœlicitate.

Artabanus xerxem monet ne Iones secum ducat cōtra patriam pugnaturos. Ait enim itaq; hoc uetus prouerbium tanquam optimum mente rex teneto: non statim ab initio exitum omnem esse manifestum.

DE FILIIS ET EORVM INGENIO:



Eruilius geminus quom apud. L. Manlium qui optimus pictor Romæ habebat cœnaret: filios q; Manlii desormes admodum conspexisset: non similiter ait Manli fingis ac pingis. Tum urbane Manlius: in tenebris. n. fingo inquit: in luce pingo: Hermetias a Democrito appellatur herba ad liberos generandos pulchros bonos q;: item compositio e nucleis pineis tritis: cum melle myr-

tha croco uino palmeo postea mixto Theombrocio & lacte bibere generaturos iubet:& a conceptu puerperas partum nutrientes: ita fieri excellentes animo & forma atq; bonos. Et Pli.

Themistocles quom illi filius mr̄is auxilio intercessione q; pleraq; iuberet: o uxor inquit Athenienses græcis imperant. Ego Atheniensibus: Tu mihi tibi filius.

Syrus seruus Clitiphoni filio Chremetis heri suadet ut pecuniam a patre matre adiutrice extorqueat: ait enim Nunc aliud specta: Matres omnes filiis in peccato adiutrices auxilio in paterna iniuria esse solent.

Mithridates quom regnandi studio insidias patri frustra struxisset aperto bello cum illo congredi decreuit: sed pater morte præuentus filium inhiantem reliq̄t Oui. filius ante diē patrios inq̄rit ī ānos. Vide exemplū Nicome I cap. de dolis

Antipater primus ex Cassandri filiis Thessalonicam matrē necauit: Alexandrū q; fratrē regno expulit. Vide in capite de Crudelitate. Thessalonce & Eueratides.

Gallienus captis a Persis Valeriano patre imperatore non modo bellum non intulit: sed assiduis uoluptatibus singulis diebus deditus perinde quasi captiuitatem patris exoptasset: uixit:

Euander suadente matre Nicostrata quę etiam Carmentis est dicta quia Carminibus uaticinabatur patrem occidit: atq; cum matre in italiam fugit:

Tullii Annalis filius quom eius pater ī campum ad comitia quęstoria ipsius descē disset: comperisset q; esse proscriptum: ad clientem confugit. sed sceleratus filius ductis p uestigia parētis militibus eę dē patris pphanis oculis spectare passus ē.

Cyriades tyrannis Romanis triginta primus: Cyriadem patrē sanctū quom seeū grauaret: direpta magna argenti auri q; pte Persas petit: sapori q; regi cōiunctus Romanis bellū intulit: patrē q; cōsicit: sed ipse p suo℞ insidias postea occisus ē.

Absolon Dauid filius regni cupidus dum bellum cum patre gerit: fugiens (mirabile dictu) crinibus ramo appensus: a militibus patris comprehensus occidit: quem pater pientissimus lachrymis luctu q; prosequutus est.

Aristobolus Hyrcani filius mortuo patre matrem cui omnis potestas regni legata fuerat uinculis: fame q; consumpsit: & cum eo Antigonū fratrem matri peremit. Vide in capite de fratribus.

Ariarafter Tigranis filius quom audisset Pompeium regnum patris inuadentem ad illum confugit: atq; una patrem expugnare conatur: Ea res quom tigrani esset nunciata. ad Pompeii genua confugit a quo benigne susceptus a dextera locatus est: Ariarafter autem a sinistra: atq; utriq; regnum partitus est Ariarafter rem moleste ferens: ad Pompeii conuiuium inuitatus noluit accedere. minacibus q; uerbis sibi Pompeio non opus esse dixit. Sed ad alium confugiturū Romanum: cui esset futurus charior: Pompeius uero iis uerbis irritatus in carcerem eum coniecit in Triūphum q; duxit. Ex Plutar. in pom. Apud Valerium Satiarafter legitur mendose. alibi Ariaratem legi Cappadocum regem.

Gallienus imperator de quo supra capto a persis patre Triumphum assumulauit

fingebatur esse rex Persarum captiuus:quom alioq patris captiuitatē flocci face. ret:Id quom scurræ riderent:ad eum globum ubi rex Persarū captiuus assimulabatur eunt:scrutantur'q; omnia unius'q; cuiusq; uultum intuētur: quom ab illis quæreretur quid peterent:quid'ue agerent illa scurrulitate:responderūt patrem principis quærimus :Gallienus uero indignatus uiuos exuri iussit:

C.Turannius patrem proscriptū ac latentem centurionibus ostendit: senex uero non de uita tam sollicitus quam' de filii salute rogitabat:an turannius filius incolumis esset. Vide exemplū in capite de Crudelitate in dictione. thessalonicę.

O restes matrem Clytemnestram quia cum Aegistho adultero Agamemnonem occiderat patrem:confodit: Alcmeon matrem Eryphilem quę insidias Amphiarao patri struxit ut dicemus in capite de uxoribus. Blandenius Zeuxides matrē occidit ut est apud Cice.ad Q. fratrem.

L otharius Ludouici regis filius quom nollet Carolum fratrem natu minorem cui caluo fuit deinceps cognomentū:paterna beneuolētia sibi pferri:patrē in carcerē cōiicit. Exēplū Cyriadis ē I cap. de iprobis. Tullię exemp. I cap. de Mulierib.

F redericus.ii.imperator omni labe crudelitate'q; ingnatus: filiū Henricū scelera patris in christianos incusantē in carcerē primū cōiecit:ac mox necari iussit: sed cum postea in Apulia ex graui morbo quom cōualesceret:Manfredus filius ex concubina compresso ore iacentem in strato suffocauit:L.Ostius patrē occidit:

H erodes Pacori pater audita filii morte a uentidio illata exercitus'q; clade: ex dolore ad furorem conuertitur: Post longum deinde luctū alia sollicitudo miserū inuadit:quem ex numero.xxx.filiorum:quos ex pellicibus genuerat: in locum Pacori regem constitueret:exorantibus singulis pro filio pellicibus:sed tandem Phrahatem quendam statuit:qui statim & patrem confodit: & triginta fratres sustulit: adultum'q; etiam filium interfici iussit. Est exemplum filii antipatri in matrem & cutratidis in patrem in capite de crudelitate.

I dothea Prothei filia Vlyxem apud Hom.lib.iiii:ody.docet quemadmodum patrem sit uincturus a quo iter edoceatur ac reditus.

P tolemęus parentibus occisis imperandi cupiditate fratrem etiā sustulit nec multo post in libidinem effusus Eurydicen uxorem eandem'q; sororem occidit: captus Agathocleæ meretricis illecebris:

N ero quom matrem sustulisset:urbane Africanus:Rogant ait te Cęsar gallię ut fœlicitatem tuam fortiter feras:

M.Pompeius tribunus plebis diem.L.Manlio dixerat: quia T. Manlium filium relegauerat:sed T.Manlius amore pietate'q; patris concussus in cubiculum tribuni irrepit:stricto'q; gladio coegit in uerba sua iurare non perseueraturum in accusatione Ex liuio floro'q;:apud alios Pomponius:

A lthemenes Catarei Cretensium regis filius consulto oraculo responsum tulit in fatis esse ut ab eo pater interficeretur.quod cupiens uitar:Rhodi partem quę Camiros dicitur cū alquot comitibus petiit:Pater uero uidēdi filii cupidus pręg

fertiam quom nulla alia proles illi esset.soluens e Creta noctu applicuit ad Camiron:sed orta contentione inter suos accolas'q accurrēs Althamenes patrem inscius cōfodit:Re postea cognita fugiens hominum conspectus:in solitudines se recepit:atq ibi ui doloris interiit.

Andromacha apud Euripedem. Omnibus ait profecto hominibus filii sunt ala

Humilis e plebe puerpa supplicii causa carcere inclusā ad matrē quom impetrasset aditū a ianitore semp excussa neqd cibi Iferret.dephensa e uberibus suis alēs eā

Coriolanus adeo matrem ueturiam dilexit:ut sua causa exercitum ex agro romano eduxerit:non multo tempore post caede subsequuta:Alexander Ro. imperator & Heliogabalus matrum fuere obsequentissimi.

Cimon Miltiadis filius ut pater qui ob pecuniæ mulctam in carcere obierat:sepulturæ mandaretur:captiuum se præstitit.

Ionatas quia fauum mellis contra patris præceptum iusiurandūm'q gustauerat minitanti mortē patri mortē ait illi suauē esse p patria pietate populi'q uictoria

Fratres duo in Hispania tyrannū confoderunt Patietis gratia:cuius Tyrannus filios occiderat:ea lege ut Patietis filii parentē eorum decrepitum alerēt. Filii aut parentes alant aut uinciantur prouerbii loco legibus continebatur: Home.ait in Iliade Breuem ætatem cōtingere illi qui parentibus nutricationis munus nō reddiderit:Moses legibus sanxit:ut qui patribus non paruerint suspenderentur per'q diem totū in cruce penderent.noctu sepelirentur:sanxit'q ut filii parentes alerent nō enim propter aliud pater filium generat.Iniquissimū enim quis meri to dixerit patrem egere quom filius sit in facultatibus ait Vlp.lib.xxix. digest.

Cleobis & Biton matrem ceu boues ad currum iuncti ad Iunonis sacra uexerūt.

Amphinomus & Anapia fres quom Catana pielitaretur: parētes humeris baiulātes saluos reddiderūt:ex Strab.yi.apud Valeriū Anaphis legit & patrē ex ætnæ incēdio eripuisse ait. Aeneas apd Verg.& Oui.Anchisē humeris sustulit parētē

Scipio Aphricanus Scipionem patrem apud Ticinum fluuium uulneratum in bello contra Annibalem intercessu suo liberauit.

C.Flaminius trib.plebis a ferenda lege quom neq a senatu neq ab aliquo posset abduci: a patre qui manum iniecit prohibitus est.

Claudia uestalis triumphum patris eius interuentu ab hoste tutata est.

Cimoni patri damnato filia parē lactis pietatē in carcere exibuit:ut Plebeia matrii

Ebutia Menenii Agrippæ uxor moriens hæredem Plætoniam filiam reliquit Affronia altera filia exhæredata .quæ & si posset testamentum facile rescindere:noluit tamen ut pietate sua maternam ingratitudinem faceret notiorem.

Metelli filii qui illis hæreditate excussis.curinatem familiarem reliquerat hæredem testamento obuiam non ierunt patris superbissimi.

Icarus acceptum a libero patre uinum:bibēdum pastoribus exhibuit: Ex iis alii somno sopiti: alii in aliam partem se reiiciunt . semimortua membra iactantes: ex illis aliqui putantes uenenum sibi ab Icaro datum.adorti illū cōficiunt: Eius

gone filia delyderio parentis extimulata:quom omnia lustrare decreuisset: Canis Icari Mæra nomine apprehendens illius uestem dentibus ad patris cadauer traxit. Erigone igitur solitudine paupérieq́ꝫ oppressa suspendio uitam finiuit ea in arbore:sub qua parens fuerat sepultus:

Alexander magnus missam ab Antipatro contra matrem epistolã quom legeret ignorat inqt Antipater quod unica mr̃is lachryma innumeras delebit epistolas

Hesiodus ait primo illo sæculo centum annis hoĩes sub matris imperio ceu infãtes uixisse. Demodocus apud Platonem lib.iii.ait Socrati : Genituram facilem esse:educationem difficilem.

Apud Persas:ante qnquẽniũ filius in cõspectũ patris nõ uenit: ne si iter educationẽ decederet:patri afferret molestiã.ex Herod.lib.i.Valerius ante septẽnium ait

Aristippus castiganti cuidã quod filium ex se genitum abiiceret : An uero inquit ignoramus & pituitã & pediculos a nobis gigni.quę tñ ueluti inutilia abiicimus

Caspii parẽtes septuagenarios inclusos fame necãt:Sidones mortuos deuorãt.

Augustus quom Vectius monumentum patris exarasset : urbane hoc est inquit uere monumentum patris colere.

M.Antonius imperator ac philosophus moriẽs.quom quidam cui filium commẽdaret dicerent. Vobis inquit si dignus est & diis immortalibus:

Agesilaus Lacedæmonius filiorũ amantiss. cum paruis pueris domi colludebat: arundinemq́ꝫ ut equum puerorum more conscenderat: Visus a quodam amicorum rogauit ne cui prius id diceret.quã ipse quoq́ꝫ puerorum pater esset.

Moses legibus sanxit filium nõ puniri ob parentis delictũ. Quod apud Ro. obseruatũ quoq́ꝫ est.Calistus lib.xxxxviii. digest. ait crimen paternũ nullã maculam filio infligere potest:idq́ꝫ etiam diui fratres Ieropolitanis rescripserunt.apd græcos tyranni filii parentũ crimina luebant.aut exilio mulctabantur.aut uita tanquam non sinente natura a parentibus malis bonos creari posse filios.

Pinensis iuuenis portæ urbis custos.quom hostes patrem captũ illi obtulissent ac nisi portas aperiret patri mortem minitarẽtur:irruptione in hostes facta patrem eripuit.atq́ꝫ se e patrię proditione tutatus est.

Quam difficile sit oriri bonos filios a magnis uiris ostẽdit Africani supioris filius fœde a paruulo Antiochi ꝑsidio captus:q ẽt ꝑturã petiturus candidã togã turpitudinis maculis obsolefactã in campũ detulit: Q.Max. Fabii filius tã pditæ fuit luxurię.morumq́ꝫ fœdorũ.ut Q.Pompeius prętor urbanus paternis bonis interdixerit:publiceq́ꝫ sit exhęredatus: Clodii pulchri filius eneruẽ frigidãq́ꝫ uitã sub meretricis impio egit:Mineruã.ii. Hom. odyss.ait paucos filios honestos nasci ex honestis parentibus:sed sequens ætas semp peior est priore.Hora: Aetas parentũ peior proauis tulit nos nequiores. Sed Spartani uerba sup ea re sum uisus reponere: Ea sunt in uita seueri in hunc modum : Et reputanti mihi Diocletiane Auguste neminẽ prope magnorũ uirorũ optimum &utilem filium reliquisse satis claret:Deniq́ꝫ aut sine liberis uiri interierunt aut tales habere plę

riq;ut melius fuerit de rebus humanis sine posteritate discedere. Et ut ordia mur à Romulo hic nihil liberorum reliquit, nihil numa Pompilius quod utile possset esse reip. Quid Camillus: Num sui similes liberos habuit? quid Scipio quid Catones qui magni fuerunt? Iam uero de Homero: Demosthene, Vergilio, Crispo, Terentio, Plauto cęterisq; aliis quid loquar? quid de Cęsare? quid de Tullio? cui soli melius fuerat non habere. quid de Augusto qui nec ad optiuum bonũ filum habuit? quom illi eligendi potestas fuisset ex omnibus: Falsus est etiã ipse Traianus in suo municipe ac nepote deligẽdo: sed ut omittamus adoptiuos: ueniamus ad genitos: qd Marco fœlicius fuisset: si cõmodũ nõ reliqsset herede? qd seuero septimio si Bassianũ nõ genuisset? hęc ille. Demosthenes dicebat à uiris bonis quasi fatis uolentibus filii improbi nascũtur: unde prouerbium apud græcos ἀνδρῶν ἡρώων τέκνα πήματα idest heroum filii noxæ sunt.

Pallas quidam quinquaginta filios dicitur habuisse. Combes Heroina centum filia Aesopi: Scylurus cherõnensium regulus quinquaginta: Apollonides octoginta: Artoxerxes cẽtum ac quindecim: Masinissa quinquaginta. Aegyptus qnquaginta occisi omnes à patruelibus eisdemq; uxoribus Danai filiabus, pręter unum linecum ab Hypermestra miserante seruatum: Gedeon ex uxoribus ac cõcubinis septuaginta. Roboã ex uxoribus cõcubinisq; uiginti octo filios: filias uero sexagita Absanis post septe mortẽ rex filios habuit nonaginta:

Crispinus Hylarius ex ingenua plebe fesulana cum liberis nouem in quo numero filię fuerunt dũę nepotibusq; uigintiseptem pronepotibus uigintinouem neptibus nouem pręalta pompa cũ omnibus his in capitolio fertur immolasse

M. Aemilius Scaurus repetundarũ reus ob nobilitatem recentemq; patris memoriam gloriamq; absolutus est:

Seruis quibus essent tres filii uacatio: quibus plures libertas cõtingebat. Iulius Cęsar quibus essent tres filii campum stellatem agrumq; campanum in consulatu diuisit: Martialis ait se donatũ iure trium liberorũ. Plinius secundus petiit p epistolã à Traiano ut Suetonio trãqllo pstaret ius trium liberorũ. atq; ĩpetrauit

Chrysippus philosophus qs patrem inqt laudabit nisi probi filii? Quẽ Dionysiodorus arguens: ueram huiusmodi sententiam affert: Quis patrem laudabit nisi improbi filii? Quoniam qui nulla re prętant: maiorum uirtutibus innituntur. Proinde Iuue: stemmata quid faciunt? quid prodest Pontice longo ordine censeri? pictosq; ostẽdere uultus Maiorum? & stantes in curribus Aemilianos

Ciconiæ nidos eosdem repetunt Genitricum senectam inuicem educant Meros uocatur genitores suos reconditos pascens: Glires genitores fessos alunt insigni pietate. Ex Pli: Vide exemplum Alexis in cap. de parentum indulgentia.

DE FIDE ET PERFIDIA



Icero dicente illi metello plures testimonio pemesti quàm patrocinio seruasti: Nêpe inqt Cicero plus est mihi fidei qu am eloqntię. Xenocrati tanta fides habita est: ut quom nullius iniurati admitteretur testimonium: illi soli Athenienses remiserunt iusiurãdum iniurato'q; crediderunt.

Quom Messanæ Antonius: Sextus'q; pompeius ad cœnam se mutuo iuitassent: atq; esset conuentum ut in prætoria naui sexti cœnaretur: põtem'q; ex aggere in nauem fecissent: iactis anchoris feruentibus in locis Antonii & Cleo patrę Metadorus pyrata adhærẽs Pompeio clam cum illo loquutus: uis'ne ait Sexte anchoras succidam: & te non Sicilię neq; Sardinię sed romani imperii faciam dñm? Tunc Pompeius quom paulisper secum cogitasset oportuit inqt'o meta dore hęc p te ipsũ me inscio fecisse: piurare.n. nequaq meũ est.

Cn Domitius ait Cic. in orõne pro Deiotaro ille quem nos pueri consulem cẽsorem pontificem maximũ uidimus quom tribunus plebis M. Scaurum principem ciuitatis in iudicium populi uocasset: Scauri'q; seruus ad eum clam domũ uenisset. & crimina in dominum relaturum se esse dixisset: appręhẽdi hominem iussit ad Scaurum'q; deduci.

Attilius Calatinus ob Soranorum oppidi proditionem reus quom esset: Q. maximus socer illius si eum inqt sontem cõperissem affinitatẽ direpturus fuissem uniuersus po. ro. f dem maximo habens Calatinum absoluit.

Pontius Cæsaris cẽturio captus 'a pompei socero scipione: quom uno modo ei salus daretur si se futurum Gn. pompei militem affirmasset ita respõdit. Tibi quidem scipio gratias ago sed mihi uti ista conditione uitæ non est opus.

Syracusana seditione quom uniuersa Hieronis regis stirps cladibus ex hausta ad unicam filiam Harmoniã uirginẽ esset redacta in eam'q; certatim ab inimicis fieret impetus: nutrix puellæ æqualem illi regio cultu ornatam hostilibus gladiis subiecit puellam: quę ne quom ferro quidem traderetur ut cuius esset conditionis ederet proclamauit: Admirata illius fidem Harmonia superesse non sustinuit: reuocatos'q; interfectores quæ esset professa: in cędem suam conuertit.

Tisaphernes quom inducias pactas cum Agesilao trium mensium non seruaret quanuis iuratus. Agesilaus re comperta in fœdere etiam mansit.

Accepta ad Cannas clade quom quidam qui Romam uenerat de redimendis captiuis: fallaci reditu de iureiurando se exoluisset: censuerunt romani illum compræhendendum: & custodibus publice datis ad Annibalem deducendum.

Narcissus ab epistolis Claudii potentissimus etiam regum factus mortuo Claudio ab Agrippina morti destinatus omneis secretas illius epistolas ad agrippinam atq; ad alios priusquam iugularetur cremauit.

Fides inquit iustinus parthis nulla est nisi quantum expedit. Syri rarum est immo difficile ut fidem seruent ait uopiscus in Aureliano: Gręcis nullã fidem habendam esse ex cicerone p L. Flacco liquet. Plautus in aulularia: cętera quę uo-

lumus uti græca mercamur fide.i.ut pecunia corã numeret:ƺquis attica fides græcoꝝ testimonio celebret. Ex iis Thessali infames i capite de Dolis.infames pœni unde Plau. elegãter Nemo me pœnus est punior. Liuius lib.ii.decr.iii.in clade accepta a flaminio ad Thrasimenũ q fugerant assequutus maharbal:pollicitus ẽ si se d traditi irc cũ singlis uestimẽtis passuꝝ:q̃ fides punica religiõe seruata ẽ ab Annibale:atq; ĩ uincula oẽs cõiecti. Her.li.iii.ait Arabes seruarẽ fidẽ iter hoĩes

Fides canum miram esse:unum addam hic exemplum quom ex causa Neronis animaduerteretur in. T. Sabinum ac seruitia eius:unius exiis canem nec a carcere abigi potuisse.nec a corpore recessisse abiecto ĩ gradibus gemoniis mœstos edentẽ ululatus magna populi Ro.corona circunstante: Ex qua quem quidã ei cibũ obiecisse ad os defuncti tulisse ĩnatauit idẽ cadauerẽ abiecto sustẽtare conatus celebratus Icari canis & Vlixis q redeuntẽ dñm post tot annos agnouit

Equorum pene par fides. Occiso Antiocho Centaretrium ẽ galathis potitũ equo conscendisse ouantem: At illum indignatione accensum domitis frenis ne regi posset pcipitem in abrupta isse:exanimatũq; un a. Alexãdri magni equus quẽ ex toruo aspectu siue ab insigni taurini capitis in armo impressi Bucephalũ appellatũ constat in Thebaꝝ oppugnatione uulneratus in aliũ trãsire Alexãdrũ nõ est passus. Sed operæpreciũ est ascribere quę Plutar.in Alexandro de equo alexandroq; recitat:Philonicus ait Thessalus emerat philippo macedoni Bucephalum tribus ac decem talentis:qui ductus in campũ quom neminẽ admitteret tergo sessorẽ:tanq̃ in domabilis iussus est a Philippo abiici:sed quom alexãder qui aderat rẽ grauiter ferret diceretq; se facile cõscẽsuꝝ equũ: ouẽ ob testatus ni id faceret preciũ se soluturũ:cõcessissetq; philippus: festinabũdus alexãder correptũ habenis equũ cõtra solẽ cõuertum statuit (aĩaduerterat.n.umbra sua ipsius solitũ agitari)itaq; blãde luba attractata: t rectã sensim chlamide equũ cõscẽdit ac mox laxatis habenis calcibus uocecq; ad cursum agitat: q úsq; etiã retorsit. Tũ philippus pręgaudio illachrymasse dicitur descendentisq; caput ex osculãs dixisse.aliud tibi par iã regnũ quęre:nõ.n.iam te macedõia capit.

Non esse cõmittẽdũ quicq̃ nisi notis:ostẽdit plautus in Asinaria. Ibi.n.quom mercator a leonida sępe quęreret ut pecuniã crederet:r̃ndit lupus est hõ hoĩ nõ homo quom q̃lis sit nõ nouit:huiusce rei plura exẽpla in cap.de Dolis dicta sunt: Dionysius tyrãnus cẽsebat uti pueros talis ita hoĩes iureiurando decipiendos.

Fidei ædes consecrata fuerat ab Attilio Calatino posthunc in capitolio altera ab æmilio Scauro dedicata In hac ęde erat celebris illa imago.senis cũ lyra puerũ

Sacrificat at fidei capite pãno uelato. Hor.in carminibus & albo rara (docẽtis. fides colit uelata pãno ubi porphirio ait a.bo pãno coli uel qa fides a paupibus magis colat uel ob puritatẽ:acrõ addit uel qd colat a senibus. Verg.Canafides

Sinnidis filia interẽpto patre a Theseo fugiens delituerat inter dumos reuocante uero Theseo ac fidẽ dãte nihil detrimenti a se passuram: exiit ad illumq; se contulit a quo grauida facta menalippum genuit: Seneca ait utrũq; uitium est omnibus credere & nulli:sed alterũ honestius dixerim uitium:alterum tutius:

Pompeii milites quom quidam ex illis in thesaurum incidisset omnem locum pecuniarum refertum esse putantes quas Carthaginenses quondam occuluissent pluribus diebus ad excauādum agrum intumbētes per illos dies ne a Pōpeio quidem ipso potuerunt a fossione deduci, subridens[q] Pompeius impense laborantes sudantes[q] ambibat. Sed tandem spe elusi sese ut quocunq[ue] eos ducere uellet obtulere: ut qui stoliditatis suæ pœnas essent pensuri.

Leon Eutycratides interrogatus quam urbem quis incolēs tutus esset: ubi inq̄t neq[ue] plura neq[ue] pauciora incolētes possiderēt. Pli. li. xxxiii. illa nos premūt, illa nos ad inferos agunt, quę occuluit natura atq[ue] demersit Zeno dicebat nō magis prodesse quam nocere opes atq[ue] sanitatem.

Crates Thebanus homo locupletissimus quom ad discēdam philosophiā Athenas concederet magnum auri pondus abiecit putans non posse uirtutes simul & diuitias possidere.

Epicurus ad Pytocleam: si uis inquit Pytoclea te diuitem facere nō pecuniæ addiciēdū: sed cupiditatibus detrahēdū. Luc. sed ps uilissima re[rum] certamē mouistis opes: qn̄ plura q̄s hēat tū plurimos iuidere illi isidiari & hostes fieri: ait Xeno:

Paria tormenta esse pauperum diuitum[q] ostendit eleganter Bion. ait. n. nō minus molestū esse caluis quàm comatis pilos uelli. Plato in rep. ait nec extrema in aliquibus ciuium inopia sit nec ingentes diuitiæ.

Nabathei adeo patrimonii seruatores sunt ut qui rē paternam diminuerit: publice damnarteur: Augenti præmium propositum.

Possidonius diuitias causas esse malorū dicebat: non quod ipsæ facerēt sed quod facturos irritarent. ex Seneca lib. iii. epistol. Idem de paupertate ait: Nudum latro transmittit: etiam in obsessa pauperi uia pax est.

Cyrus apud Xenoph. Crœso suadenti ut pecunias cumularet: inquit ipse mihi iubes ut apud me collectos habeā thesauros: ut propter eos inuidię sim & odio fidam[q] mercennariis custodibus: quos iis prefecerim: At ego dum amicos diuites reddo hos esse puto mihi thesauros & custodes simul tū mei ipsius tum meorum bonorum. quod mutuatus Martialis Extra fortunam est quicquid donatur amicis: Quas dederis solas semper habebis opes. Idem Cyrus inferius ait. Non eos ego Crœse fœlicissimos existimo: qui pecunias plurimas possideāt: queādmodū neq[ue] fœlicissimi sunt q̄ muros custodiūt: & ob id q̄cq̄d in urbe est: Ve[rum] qui & cōparare plurimas pecunias iste possit & iis uti honeste:

Pheraulas diues a Saca fœlix nuncupatus ob diuitias quas pauper acq̄sierat: inq̄ ait ita existimas Saca me nunc eo iucūdius uiuere quo plura possideo? an ignoras me: & eē & bibeꝛ & dormiꝛ nullomō mihi iucūdius: q̄ tūc quom erā paup & subdit: q ualde oblectaꝛ pecūiis certo scito hūc si sumptū fatiat ualde tristari

Diuitiis celebres, M. Crassus q negabat diuitē esse nisi eū q reddditu annuo regionem tueri posset. ut ait Pli. lib. xxxiii. Cic. I of. q exercitū alere posset. Plutar. uero I Crasso ait Crassum male sensisse: nulla. n. mēsura bellū nutriꝛ teste Archi-

damo: hic fuit ex ea gente qua fuerat alius Crassus diues appellatus: item tres claudii principatu Pallas: Callistus: & Narcissus. Itē. C. Cælius claudius. Isidorus testamento suo dixit: quāuis multa ciuili bello perdidisset: tamen relinquere seruorum quatuor millia centum ac sedecim: iuga boum tria millia sexcēta. Reliqui pecoris quinquaginta septem millia: Innumerato pondo sexcenta millia. item Sylla: Lucullus: Ex externis Ptolemęus qui Pompeio res in Iudęa agente octomillia equitum sua pecunia tolerauit: mille conuiuas totidem aureis potoriis mutantem uasa cum ferculis saginasset: item Pythius Bythinnus qui platanum auream uitem'q; nobilem illā Dario regi donauit. xerxis copias hoc est septies octoginta octomillia hominum excepit epulo: Stipendium quinq; mensium frumentum'q; pollicitus. Pythius inquit Herod. li. vii. Atys filius Lydus xerxis exercitum omnium maximum ipsum'q; regem magnificentissimo hospitio excepit: spopondit'q; se pecuniam ei in bellum suppeditaturū. xerxi'q; roganti quantum pecuniarum haberet ait esse sibi argenti duo millia talentorum. Auri uero quadragies centena millia Daricorum septemmillibus minus quæ sibi dono daret. itē Crœsus Lydorum rex. item Midas Phrygię rex. Tantalus Phrygius: Pelops'q; filius. itē Attalus Pergami rex qui opes po. ro. legauit hęreditate diuitem'q; pariter ac luxuriosum eum reddidit. item Callicrates Carystius Cyniras: Lucrius auernus p̄r Bititi q cum Domitio pugnauit. Solomon qui ducentas lanceas sexcentorum siclorū pondere aliquādo ex auro confecit: trecenta'q; scuta singulas ternas minas auri habentia. Hom. Etichthoniū Sysiphum'q; omnium hominum locupletissimos uocat. celebratur itē Męandri protagorę pater qui xerxem omneis'q; illius copias hospitio suscepit. Romanis addendus Liuius Drusus qui in tribunatu plebis. xi. millia pondo argēti habuit. Demetrium pompeianum puduit locupletiorem esse Pompeio.

Celebres Diuitiis regiones in Hispania Turdetania in quā argēteis Turdetani aliquando præsepibus doliis'q; usi sunt ex Strab. Galatia a Diodoro ob fluminū auriferorum decursus. qui aliquando exuberantes quom restagnassent: in glebis aurum reliquerunt: urbes Corinthus & Thasiorum colonia Datus ob aurifodinas: Tarentum: sed supra omneis Syracusæ prouerbio ēt celebratę. Mōtes Iberi qui postea Pyrenei sunt nuncupati quia plures continuos dies ex flāma a pastoribus iniecta arserunt argento multo abundantes. ex illo enim incēdio riuuli argenti fluere p̄ montes uisi: ea res ab oppidanis nō cognita: sed phoenices quom rem accepissent tantum argenti abstulerunt ut quom onustis nauibus superesset argentum: amoto ab anchoris plumbo argentum suffecerint. Auriferi fluuii Pactolus in Lydia: tagus in hyberia: Ganges in India: Hebrus in thracia: Padus in Italia authore Plinio.

Plutonem diuitiarum deum putabant: cæcum'q; hunc pingebant: nec immerito cæcus enim est: qui diuitiis studet ait Dion.

DE DEORVM CVLTV ET CAELESTIB.


Ei cultus qualis debeat eẽ Liuius nõ discrepãs à literis sacris his indicat uerbis. Eodem inqt ãno Posthumia uirgo uestalis de incestu cãm dixit: crimini obnoxia ob suspitõem pp cultũ amœniorem ingenium'q̃ liberius q̃ uirginem deceret pa abhorrens: famam ampliauit: deinde absolutam pro collegii sententia pontifex Max. abstinere iocis, coli'q̃ sancte potius quam scite iussit.

B arthabaces magnę matris sacerdos Mario cõtra Theutões bellũ gerẽte quom uellet ad senatũ referre a matre deũm uictoriã sibi nũciatã: ac ob id p̃caret tem plũ deæ decerni: prohibitus ab Aul. Pompo. tribuno e'q̃ ipso pulpito deturbatus est: sed dimissa cõcione febris stati Aulũ ĩuasit, ĩtra'q̃ septimũ diẽ occubuit

A lexander Seuerus imp. quom quẽdam locum qui publicus fuerat Christiani occupassent: contra'q̃ Popinarii dicerent sibi eum deberi: rescripsit: melius esse ut quomodocunq̃ illic Deus colatur quam popinariis dedatur.

D iogenes Cynicus dicẽti Lysię pharmocopolę an Deos esse crederet: quomodo inquit non credo qui te diis inimicum puto?

E picurus inqt Cic. solus uidit primũ esse Deos qd' in oĩum aĩs eo notiõem impressit: A braam uero primus dixit Deum creatorem unum esse cunctorum:

T hales quom domo exiret inspiciendorum syderum causa: in subiectã scrobem ĩcidisse fert: petulanti'q̃ pbro dictũ ab anu domestica qua ratiõe o Thales quæ in cęlis sũt cõprẽsurũ te arbitraris q ea quę sũt ante oculos uidere nõ uales?

Fabritius dicẽte Cynea Pyrrhi legato deos ab ira lõgissime amotos ex epicureo sententia: nec ullã hominũ curã suscipiẽtes ociosos eẽ: exclamans o utinã inqt hæc Pyrrho & samnitibus cordi sint quamdiu aduersus nos bellum gerunt.

H iero tyrannus quom a Simonide quęsisset quid aut qualis eẽt deus: deliberãdi causa Simonides unã diem sibi postulauit: postridie uero ab Hierone idẽ q̃rente biduũ petiit: quom uero sępe die numerũ duplicaret: admiratus Hiero quęsiuit cur ita faceret: q̃a q̃to inqt diutius cõsydero: tãto res uidet' mihi obscurior.

C amillus uolẽtibus Romanis ex urbe discedere in oratione quam habuit. Inuenietis ait omnia prospere euenisse sequentibus Deos: aduersa spernentibus.

T hysetę ossa diis sacrificant. ipsi autem uescuntur carnibus.

DE DOLORE ET CVRA:


Arcus Antonius Antonini Pii imp. gener educatorẽ suũ mortuũ quom magno defleret opere: auocaretur'q̃ à luctu ab aulicis. Antoninus illis dixit pmittite illi ut homo sit: non. n. philosophia uel imperium tollit affectus. Seneca de consola. non sentire mala sua non est hominis: non ferre non est uiri.

Dionysius Heracleotes laborãs ex renibus in ipso eiulatu clamitabat falsa eẽ illa quæ antea de dolore sensisset: quem dum Cleãtes discipulus eius rogaret quę nam ratio eum de sententia deduxisset: respondit quia quom tãtum operę philosophiæ dedissem: dolorem tamen ferre non possem. Oui. Dolor artibus obstat. Seneca imperari dolori silentium non potest.

P ericles licet animo fuerit inuicto: afflictatus tamen longo dolore incantationes collo alligauit sibi a mulieribus pro amuleto datas.

S eruius Clodius eques ro. magnitudine doloris in podagra coactus est ueneno crura pũgere: & postea oĩ sensu carere ꝗꝙ ac dolore I ea pte corpis. Cic. ad Octa nulla. n. ait remedia q̃ uulneribus adhibent tã faciũt dolorẽ q̃ q̃ sunt salutaria.

M. Agrippa doloris pedum impaciens inscio Augusto uoluit potius usu pedum carere quam dolorem ulterius perpeti: feruens acetũ pedes immergendo.

C . Proculeius Augusti familiaris in maximo stomachi dolore: gypso epoto cõscíuit sibi mortem. Minos in maximo dolore tibiam coronam'ꝙ e sacris abstulit.

P seudolus apud Plautum quom dixisset Ballioni Lenoni: heu pudet quod tibi ꝓmisit q̃q̃ id promisit dare: quia tibi minas uiginti pro amica etiam non dedit: festiuæ Ballio subdit: mmio id quod pudet facilius fertur quam illud qd piget.

C ocrodilli qui in aqua & alterius q̃ in terra uiuit cinis corii ex aceto illitus iis partibus quas secari opus sit: aut nidor cremati sensum omnem scalpelli aufert.

A chilles Homericus Priamo q̃ ad illũ noctu ꝓ Hectoris corpe se recepat nimiũ fletui indulgẽti: age ait in hoc solio sedeas: dolores tristi aĩo ꝑmamus: nulli. n. usui nimii fletus sunt. Niobe eodẽ tpe nouẽ filiis orbata: cibo tñ non pepercit.

S ollicitudinem animi propitiat saluia post aurem digito relata. Ex Pli. xxyiii. lib. xxy. uero ait Herbas certe ægyptias a regis uxore traditas suę helenę plurimas ac nobilem illum Nepenthes obliuionem tristiciæ ueniam'ꝙ afferens: Apud Homer. hic ut arbitror succus intelligitur: quom Helena iniecit pharmacũ uinosquod oẽm irã dolorem'ꝙ obliteraret. Aqua mulsa tristitiã mitigat ait Pli.

E uripedes dicebat suauis est laborum præteritorum memoria. Vergilianus æneas forsan & hæc olim meminisse iuuabit.

D olorem Zeno dicebat esse irrationabilem animi contractionem: cuius species esset misericordia: Inuidia: Aemulatio: Zelotypia: Angor: Cõturbatio: Tristitia Mœror: Cõfusio. Pli. xx: li. ait ad oẽs corpis dolores succũ e scordio ualere.

A nneus Seneca nunquam inquit lachrymæ opprimuntur imperio: sed irritantur. Nulla flendi maior est causa quàm flere non posse.

DE EXILIO.



Naxãdridas Lacedæmonius ad eũ q̃ ęgrederebat quod exularet O bone inq̃t ne urbem relinquens horreas: sed iustitiam. Diogenes Cynicus exprobãti cuidã exiliũ: at ait huius miser eã

philosophatus sũ: Alio'q; dicẽte Sinopẽi te exilii arguũt. Et ego sqt illos morẽ.

Teucer rediens ex Troiana expeditiõe quom ob Aiacis fratris mortem Telamoni pr̃i eẽt iuisus: atq; ab eo exilio mulctaretẽ: ad socios cõuersus ait: pr̃ia ẽ ubicũq; bñ ẽ. Ex Cic. i Tusc. Hor. Nil desperãdum Teucro duce & auspice Teucro.

Caligula quom quendam à uetere exilio reuocatum postulasset: quid nam ibi facere consuesset: atq; ille per adulationem respondisset consuesse rogare ut (qđ euenit) periret Tyberius: ut'q; ipse imperaret: suspicans sibi quoq; exules suos mortem imprecari: misit circum insulas qui uniuersos trucidarent.

Clodius in Ciceronis exilio legem tulit: nequis de eo reducẽdo ad senatũ referret neq; decerneret: ne disputaret. ne loq̃retur: ne pedibus iret: ne scribẽdo adesset.

Metellus Numidicus Apuleio saturnino agrariam legẽ ferẽte qđ noluerit iurare die dicta quom à bonis uiris defenderetur ne causa maloꝝ certaminũ esset in uolũtarium exiliũ Rhodum profectus est. Rutilius uir summẽ innocentiẽ: in uisus equestri ordini repetũdaꝝ dãnatus in exiliũ mittitur ex floro: Seneca li. iii. epist. Exilium ait Metellus fortiter tulit. Rutilius ẽt libenter. Alter ut rediret reip. prẽstitit: Alter reditum suũ syllẽ negauit cui nihil tunc negabatur.

Idem Rutilius consolanti eum cuidam ac dicenti instare bella ciuilia: & ob id breui futurum: ut omnes exules reuerterẽtur: quid tibi inquit mali feci: ut mihi peiorem reditum quam exitum optares?

Callistratus factus exul ab Atheniensibus: operantem quempiam ut restitueretur: abhominatus est.

Apud grẽcos qui mittebantur in exilium seruare bouem dicebantur: In argiuis enim quo mittebantur bos æneus erat: magnitudine conspicua:

Marcellus iuriscõs. li. xlviii. dig. Exiliũ ait triplex est: aut cẽteroꝝ locorũ iterdictio: aut lata fuga ut oĩum locorũ iterdicatur p̃ter certũ locũ: aut relegatio in isulã.

Demetrius phalereus pulsus patria Thebis exulabat: Cratem obuiũ iniquo animo uidisse propter abiectam uitam dicitur: crates uero licet cynicus esset: benigne hominem alloquutus de exilio disseruit disputans nihil in eo mali inesse: atq; ut ob rerum bene gestarum cõscientiã cõsideret hortatus est: tũ Demetrius ad suos conuersus heu inquiẽta negocia actiones'q; nostras inquit quorum causa hactenus tantum uirum nosse non licuit.

DE EXERCITATIONE ET VSV:



Laomedon Orcomenius ob uitandum splenis morbũ ex cõsilio medicorũ lõgissimis cursibus usus est: exinde recupata ex habitu currẽdi ualetudine in certaminibus omneis supauit: Iulii uiatoris exemplum est huic consimile in capite de consuetudine.

Columella magistrũ artiũ usum appellat: admonet'q; admissariũ modica exercitatõe cõcussum uegetiorẽ: ita ferũ inũgi oportere: ut tacita q̃dã ui

semina ipsa principiis agilioribus figurent. Pli. li. xxviii. His remediis ait ănumerat exercitatio: Multa adimit: corpus auget modica: in primis pdest ambulatio gestatio: eqtatio stomacho & coxis utilissima: pthisi nauigatio: sed & Galenus cum cæteris medicis id asserit: corpus. n. ait & animam exercitatione leuē fieri partesq̃ corpis ualētiores solidiores q̃ reddi: Oui. & nō sentit sedulitate dolores
Xenophō li. viii. Pædię Cyri ait: Apud psas fuisse legē ut nemo neq̃ spueret: neq̃ mucorē faceret. Hoc iō ut p exercitationē sudorē q̃ corpa illoꝝ fierēt solidiora.
Demosthenem ait Phalereus quom ρ dicere nequiret: exercitatione fecisse ut diceret. balbus inquit Hieronym. melius balbi uerba cognoscit.
Antonium quom apud Actium uicisset Octauius: reuertenti inter gratulanteis occurrit coruū tenens: quem instituerat dicere: aue Cęsar uictor impator: Miratus Cæsar officiosam auē: xx. millibus nūmum emit: socius opificis ad quē ex illa liberalitate nihil puenerat: affirmauit Cæsari: & se habere alium coruū: quē ut afferre cogeretur rogauit: Allatus uerba quæ didicerat expressit. Aue uictor impator Antoni. Nihil exasperatus satis duxit iubere illum diuidere donatiuū cum cōtubernali: Exemplum sutorē pauperem sollicitauit: ut coruum ad parē salutationem institueret: qui impendio exhaustus sæpe ad auē nō respondētem dicere solebat: opera & impensa periit. Aliquando tñ coruus cœpit dicere dictatam salutationem: qua audita ab Augusto in transitu: satis ait salutatoꝝ taliū domi habeo: superfuit coruo memoria: subtexuit q̃ opera & impensa periit: ad quod Cæsar risit. emiq̃ eam iussit quanti nullam adhuc emerat.
Lycurgus legumlator ut a mollicie ciues auerteret: duos catulos ex iisdem parētibus ortos alterum gulæ domi assuefecit. Alterum uenationibus in agris exercuit: Deinde in contionem adductis canibus: disposuit gulæ irritamēta: postea leporē dimisit: cōcurrēte utroq̃ ad cōsueta: leporem q̃ quom uenaticus accepisset: uidete inqt ō ciues quam dissimiles ob educatiōem solā euaserint. quāto q̃ efficatior quam natura ad res honestas sit exercitatio. Seneca ad Luci. Nō potest athleta magnos spiritus ad certamen afferre: qui nunquam sugillatus est.
Senex quidam exactæ diligentiæ: quom post annum nonagesimum procurationis uacationem ultro a. C. Cæsare accepisset: componi se in lecto: & uelut exanimem a circunstante familia deplorari iussit. Lugebat domus ocium domini senis: nec finiuit ante tristiciam: quam labor illi suus restitutus est. Labores ob sonium sunt uiris bonis ait Xenoph.
Memorabile est quod Philostratus in uita Apollonii ait: in conuiuiis indoꝝ mēsam in semicirculum componi: circa quam conuiuæ coronati epulantur: post uero potationes puer in medio consistit: ac sagittam in se missam saltu supra caput reuolutus uitat. Funda adeo exerciti ut summos capillos glande attingāt: sunt & sagittarii q̃ sagittaꝝ ictibus lineā ducāt: sed i capite de Arte quā plura.
M. lepidus: quom cæteri Tyrones milites q̃ in campo se exercerent: ipse q̃ in herba recumberet: uellem hoc esset inquit laborare.

Scipio Aphricanus exercitus sub aliis impatoribus uictos ita exercuit omni ope re fossis'q; faciendis: ut diceret fodientes luto inquinari oportere: qui sanguine hostium madere noluerint: inuictos'q; pene reddidit.

Metellus in Africa Albino imperante subiugatum accepit exercitum: quem ita e mēdauit ueteribus institutis & disciplina maiorum: ut postea eos à quibus sub iugum missi fuerant superarent Ouid: li. v. de tristibus. Adde quod ingenium longa rubigine læsum Torpet: & est multo quam fuit ante minus. Fertilis assiduo si nō renouetur aratro Non nisi cum spinis germen habebit ager. Cic. in Tusc. & quemadmodum ager quantuncunq; fertilis absq; cultura fructuosus esse non potest: ita sine disciplina animus & doctrina.

Marius exercitus uicti à Cimbris sub Cœpiōe Manilio & Syllano reliquias ita erudiuit & exercuit ut mirabilē multitudinem Cimbrorum Theutonicorum'q; & Vgrorum publico marte deleret. Cæterum exercitatio militaris erat eiusmodi ut tyrones iuniores'q; in exercitu mane ac post meridiem exercerentur saltu cursu iaculatione funda plumbata ad palum ad scuta ueteres. n. semel in die si ne intermissione. Cogebantur præterea pedites instructi omnibus telis milita ri gradu decem millia passuum ire redire'q; gradu'q; militari uigintimillia passuum horis quinq; duntaxat æstiuis cōsueuebant: pleno gradu qui citatior erat totidem horis passuum. xxiiii. millia: in'q; eo gradu cogebantur ferre pondus lx. librarum. Tyrones ante expeditiones in campo Martio exerceri sudorem'q; ac puluerem in Tybrim deponere consueuerant natandi usum perdiscentes. Vide in capite de militia:

Democrates palestrita pedibus æger conatus morbum excutere eousq; pductus est usu: ut in certamine lineam circunduxerit: iussis'q; aduersariis ut extraherēt illis'q; nequeuntibus coronatum abiisse. (ait Arist.

Post cœnā deambulatōe calorē excitatū: qescere & stati ad lectū accedere suffocari

Addendum illud ex Pli. li. xxviii. capita aperiri aspectu magistratuū nō ueneratio nis causa iussere: sed ut Varro author est: ualetudinis: quo firmiora cōsuetudine (ca fierent.

DE ELECTIONE:

Dionysius tyrānus tres in cōspectū Aristippi simul dari iussit mulieres: eū'q; quā ex illis uellet eligere: tū Aristippus tres simul adduxit dicēs neq; Paridi tutum fuisse: qd unā pra tulerit cæteris. Lysander spartanorum legatus ad Diōysiū uenerat huic quom dionysius duas misisset stolas ut utrā uellet filiæ deferret: ambas accepit: ait'q; ipsam melius electuram.

Cato Hispaniam sortitus quom hostium audisset mirā copiam eē ad bellū paratam ob id'q; decreuisset Celtiberorum ope uti: petētibus illis ducēta talēta subsidii grā: atq; negātibus aliis cōditionem ac dicētibus turpe eē populo ro. auxilia

mercede conduceret:urbane scite'q; Cato: non esse graue respondit: Nam si uicissent hostium manubiis satisfactum illis iri:si uicti essent:nec eos qui peterēt nec a quibus repeti deberet superstites relictum iri:

DE EXERCITV ET MILITIA:



Hotion quom Leosthenis ducis milites concinne ornatos aspexisset:rogatus qualis sibi ille exercitus uideretur:Belle me Hercule inquit ad stadium decurrendum instructus.

A ntiochus ostendebat Annibali in campo copias quas bellum populo ro. facturus comparauerat: conuertebat'q; exercitum insignibus argēteis aureis'q; florentem:inducebat'q; etiam currus cum falcibus & elephantos cum turribus equitatum'q; frenis ephippiis phaleris'q; præfulgentem: Atq; ibi rex tanto tam'q; ornato exercitu gloriabundus: Annibalem aspicit:Et putas ne inquit satis esse Romanis hæc omnia?tum poenus ignauiam imbelliam'q; militum eludens preciose armatorum: Plane inqt esse satis credo hæc Romanis & si auarissimi sint.

P escennius omne uas argenteum etiam ad bibendum accommodatum sustulit: dicens posse fieri ut sarcinæ militares in potestatem hostium uenerint. fierēt'q; barbari argento nostro gloriosiores:

C abrias Atheniensis dicebat terribiliorem esse exercitum ceruorum duce leone: quam leonum duce ceruo:hunc aliqui Gobriam uocant:Gobrias uero Assyrius apud xenophontem est.

A pud ueteres exercitus ex duabus tantum legionibus & copiis auxiliaribus constabat:legio uero interdū erat ex sexmilibus aliquādo ex pluribus ut est apud uegetium:Alexāder Macedo traiecturus in italiam erat: cum trigintamillibus Macedonum ueteranorum & quatuor millibus equitum thessalorum maxime. nam persas indos'ue si adduxisset impedimentum traheret. Palestinorum exercitus contra hebræos ex peditibus trecentis millibus equitibus sexagintamillibus curribus trigintamillibus. Ninus contra Bactrianos pedites duxit ad decies septies centena millia. eqtum ducētamillia. currus falcatos paulo minus decēmillibus & sexcentis. Darius aduersus Sacas cētingētamillia militū duxit

E ius filius xerxes in græciā septingētamillia de regno. trecētamillia ex auxiliis. nauesdecies cētena millia ait Iustinus. Herodo. plura fuisse ait. rē'q; lōgius psequit

A pud Homerum exercitus tacitus ceu mutus ad bellum incedebat. Moses in legibus eos qui demum ædificassent. ac non habuerint tempus annuum ad fruendum. & qui arbores seuerint. nec de fructibus freti sunt. item qui nuper uxores duxerint immunes belli fore sanxit.

S cipio Aphricanus negabat cum hoste confligi debere. nisi aut occasio. aut necessitas cogeret:

Illud notandum Iani templum ter obseratum omnino fuisse quod symbolum erat pacis: regnante prius Numa: ac post hunc annos ccccxxx. composito bello Carthaginense. C. Attilio: Tito q; conss. atq; augusti tempore.

EXITVS:



Yneas orator Demosthenis auditor Pyrrhi familiaris decernentem Pyrrhum in Italiam nauigare: contra Ro. Tarētinis auxilio futurū: interrogat: superatis (si dii dederint) nobis Romanis Pyrrhe: quid tum ageremus? Totam inqt Pyrrhus haberemus italiam: Parumper commoratus cyneas ait: quom autem Italiam ceperimus: quid tum agemus? Et Pyrrhus proxima inquit Sicilia est: foelix captu q; facilis. recte dicis inquit Cyneas: sed num finis nobis erit militię Sicilia capta? Deus modo inquit Pyrrhus uictoriam prębeat: nam iis ueluti pręludiis utemur ad res maximas conficiendas: quis enim se libya abstineat & Carthagine? cui Cyneas sed uictis omnibus ac subactis quid faciemus tandem? Et Pyrrhus ridens ocium inquit agemus. & quotidiana festiuitate mutuis q; sermonibus lætitia q; perfruemur: quom ad hec Cyneas Pyrrhū adduxisset: at qd uetat ait o rex quominus nūc ista lętitia: festiuitate: & ocio pfruamur?

Athenienses quom inuito Photione bellum cum Antipatro suscepissent: eum q; athenas irruentem audissent: Photioni detulerunt ut pacem ab Antipatro expostulet: at photion: tunc ait quom ociosis uobis cōsulebam si mihi creditum esset: haud nunc profecto tumultuantes consuleretis: cui potissimum uos uestra q; credere debeatis.

Epaminundas rogatus utrum se meliorem diceret: an Cabriam: an Iphicratem? Difficile est inquit donec uiuimus iudicare:

Solon a Crœso rogatus an eum esse fœlicem iudicaret: respondit usq; ad exitum uitæ iudicari non licere ut dicam in capite de fœlicitate.

Artabanus xerxem monet ne Iones secum ducat cōtra patriam pugnaturos. Ait enim itaq; hoc uetus prouerbium tanquam optimum mente rex teneto: non statim ab initio exitum omnem esse manifestum.

DE FILIIS ET EORVM INGENIO:



Eruilius geminus quom apud. L. Manlium qui optimus pictor Romæ habebatur cœnaret: filios q; Manlii deformes admodum conspexisset: non similiter ait Manli fingis ac pingis. Tum urbane Manlius: in tenebris. n. fingo inquit: in luce pingo: Hermetias a Democrito appellatur herba ad liberos generandos pulchros bonos q;: item compositio e nucleis pineis tritis: cum melle myr-

tha croco uino palmeo postea mixto Theombrocio & lacte bibere generatu ros iubet:& a conceptu puerperas partum nutrientes: ita fieri excellentes animo & forma atq; bonos. Et Pli.

Themistocles quom illi filius mris auxilio intercessione'q; plęraq; iuberet: o uxor inquit Athenienses græcis imperant. Ego Atheniensibus: Tu mihi tibi filius.

Syrus seruus Clitiphoni filio Chremetis heri suadet ut pecuniam a patre matre adiutrice extorqueat: ait enim Nunc aliud specta: Matres omnes filiis in peccato adiutrices auxilio in paterna iniuria esse solent.

Mithridates quom regnandi studio insidias patri frustra struxisset aperto bello cum illo congredi decreuit: sed pater morte pręuentus filium inhiantem reliqt Oui. filius ante diẽ patrios inqrit i ãnos. Vide exemplũ Nicome i cap. de dolis

Antipater primus ex Cassandri filiis Thessalonicam matrẽ necauit: Alexandrũq; fratrẽ regno expulit. Vide in capite de Crudelitate. Thessalonce & Eueratides.

Gallienus captis a Persis Valeriano patre imperatore non modo bellum non intulit: sed assiduis uoluptatibus singulis diebus deditus perinde quasi captiuitatem patris exoptasset: uixit:

Euander suadente matre Nicostrata quę etiam Carmentis est dicta quia Carminibus uaticinabatur patrem occidit: atq; cum matre in italiam fugit:

Tullii Annalis filius quom eius pater i campum ad comitia quęstoria ipsius descẽdisset: comperisset'q; esse proscriptum: ad clientem confugit. sed sceleratus filius ductis p uestigia parẽtis militibus cędẽ patris pphanis oculis spectare passus ẽ:

Cyriades e tyrannis Romanis triginta primus: Cyriadem patrẽ sanctũ quom secũ grauaret: direpta magna argenti auri'q; pte Persas petit: sapori'q; regi cõiunctus Romanis bellũ intulit: patrẽ'q; cõficit: sed ipse p suoꝝ insidias postea occisus ẽ.

Absolon Dauid filius regni cupidus dum bellum cum patre gerit: fugiens (mirabile dictu) crinibus ramo appensus: a militibus patris compręhensus occidit: quem pater pientissimus lachrymis luctu'q; prosequutus est.

Aristobolus Hyrcani filius mortuo patre matrem cui omnis potestas regni legata fuerat uinculis: fame'q; consumpsit: & cum eo Antigonũ fratrem matri peccarum. Vide in capite de fratribus.

Ariarafter Tigranis filius quom audisset Pompeium regnum patris inuadentem ad illum confugit: atq; una patrem expugnare conatur: Ea res quom tigrani esset nunciata. ad Pompeii genua confugit a quo benigne susceptus a dextera locatus est: Ariarafter autem a sinistra: atq; utriq; regnum partitus est Ariarafter rem moleste ferens: ad Pompeii conuiuium inuitatus noluit accedere. minacibus'q; uerbis sibi Pompeio non opus esse dixit. Sed ad alium confugiturũ Romanum: cui esset futurus charior: Pompeius uero iis uerbis irritatus in carcerem eum coniecit in Triũphum'q; duxit. Ex Plutar. in pom. Apud Valerium Sariarafter legitur mendose. alibi Ariaratem legi Cappadocum regem.

Gallienus imperator de quo supra capto a persis patre Triumphum assumulauit

fingebatur esse rex Persarum captiuus:quom alioq patris captiuitatē flocciface
ret:Id quom scurrę riderent:ad eum globum ubi rex Persarū captiuus assimu
labatur eunt:scrutantur'q; omnia uniuscuiusq; uultum intuētur: quom ab
illis quæreretur quid peterent:quid'ue agerent illa scurrulitate:responderūt pa
trem principis quærimus:Gallienus uero indignatus uiuos exuri iussit:

C. Turannius patrem proscriptū ac latentem centurionibus ostendit: senex uero non de uita tam sollicitus quam' de filii salute rogitabat:an turannius filius incolumis esset. Vide exemplū in capite de Crudelitate in dictione. thessalonicę.

Orestes matrem Clytemnestram quia cum Aegistho adultero Agamemnonem occiderat patrem:confodit:Alcmeon matrem Eryphilem quę insidias Amphiarao patri struxit ut dicemus in capite de uxoribus. Blandenius Zeuxides matrē occidit ut est apud Cice.ad Q. fratrem.

Lotharius Ludouici regis filius quom nollet Carolum fratrem natu minorem cui caluo fuit deinceps cognomentū:paterna beneuolētia sibi p̄ferri:patrē in carcerē cōiicit. Exēplū Cyriadis ē I cap. de īprobis. Tullię exemp.I cap. de Mulieri:

Fredericus.ii.imperator omni labe crudelitate'q; inquinatus: filiū Henricū scelera patris in christianos incusantē in carcerē primū cōiecit:ac mox necari iussit: sed cum postea in Apulia ex graui morbo quom cōualesceret:Manfredus filius ex concubina compresso ore iacentem in strato suffocauit:L. Ostius patrē occidit:

Herodes Pacori pater audita filii morte 'a uentidio illata exercitus'q; clade: ex dolore ad furorem conuertitur: Post longum deinde luctū alia sollicitudo miserū inuadit:quem ex numero.xxx.filiorum:quos ex pellicibus genuerat: in locum Pacori regem constitueret:exorantibus singulis pro filio pellicibus:sed tandem Phrahatem quendam statuit:qui statim & patrem confodit: & triginta fratres sustulit: adultumq; etiam filium interfici iussit. Est exemplum filii antipatri in matrem & eutratidis in patrem in capite de crudelitate.

Idothea Prothei filia Vlyxem apud Hom.lib.iiii:ody.docet quemadmodum patrem sit uincturus 'a quo iter edoceatur ac reditus.

Ptolemęus parentibus occisis imperandi cupiditate fratrem etiā sustulit nec multo post in libidinem effusus Eurydicen uxorem eandem'q; sororem occidit: captus Agathocleæ meretricis illecebris:

Nero quom matrem sustulisset:urbane Africanus:Rogant ait te Cęsar gallię ut fœlicitatem tuam fortiter feras:

M. Pompeius tribunus plebis diem.L.Manlio dixerat: quia T. Manlium filium relegauerat:sed T.Manlius amore pietate'q; patris concussus in cubiculum tribuni irrepit:stricto'q; gladio coegit in uerba sua iurare non perseueraturum in accusatione Ex liuio floro'q;:apud alios Pomponius.

Althemenes Catarei Cretensium regis filius consulto oraculo responsum tulit in fatis esse ut ab eo pater interficeretur. quod cupiens uitar:Rhodi partem quę Camiros dicitur cū aliquot comitibus petiit:Pater uero uidēdi filii cupidus pręs

fettiri quom nulla alia proles illi esset.soluens 'e Creta noctu applicuit ad Cami ronisled orta contentione inter suos accolas'q; accurrẽs Althamenes patrem inscius cōfodit:Re postea cognita fugiens hominum conspectus:in solitudinem se recepit:atq; ibi ui doloris interiit.

A ndromacha apud Euripedem. Omnibus ait profecto hominibus filii sunt alas

H umilis e plebe puerpa supplicii causa carcere inclusā ad matrē quom impetrasset aditū a ianitore semp excussa neq̃d cibi inferret.dephensa e uberibus suis alēs eā

C oriolanus adeo matrem ueturiam dilexit:ut sua causa exercitum ex agro romano eduxerit:non multo tempore post caede subsequuta:Alexander Ro. imperator & Heliogabalus matrum fuere obsequentissimi.

C imon Miltiadis filius ut pater qui ob pecuniç mulctam in carcere obierat:sepulturae mandaretur:captiuum se pręstitit.

I onatas quia fauum mellis contra patris pręceptum iusiurandum'q; gustauerat minitanti mortē patri.mortē ait illi suauē esse ꝓ patria pietate populi'q; uictoria

F ratres duo in Hispania tyrannū confoderunt Patietis gratia.cuius Tyrannus filios occiderat:ea lege ut Patietis filii parentē eorum decrepitum alerēt. Filii aut parentes alant aut uinciantur prouerbii loco legibus continebatur : Home.ait in Iliade Breuem ętatem cōtingere illi qui parentibus nutricationis munus nō reddiderit:Moses legibus sanxit:ut qui patribus non paruerint suspenderentur per'q; diem totū in cruce penderent.noctu sepelirentur:sanxit'q; ut filii parentes alerent nō enim propter aliud pater filium generat.Iniquissimū enim quis merito dixerit patrem egere quom filius sit in facultatibus ait Vlp.lib.xxix. digest.

C leobis & Biton matrem ceu boues ad currum iuncti ad Iunonis sacra uexerūt.

A mphinomus & Anapia frēs quōm Catana pielitaretur: parētes humeris baiulātes saluos reddiderūt:ex Strab.vi.apud Valeriū Anaphis legit & patrē ex ętnę incēdio eripuisse ait .Aeneas apd Verg.& Oui.Anchisē humeris sustulit parētē

S cipio Aphricanus Scipionem patrem apud Ticinum fluuium uulneratum in bello contra Annibalem intercessu suo liberauit.

C.Flaminius trib.plebis 'a ferenda lege quom neq; 'a senatu neq; ab aliquo posset abduci: 'a patre qui manum iniecit prohibitus est.

C laudia uestalis triumphum patris eius interuentu ab hoste tutata est.

C imoni patri damnato filia parē lactis pietatē in carcere exibuit:ut Plebeia matri

E butia Menenii Agrippae uxor moriens haeredem Plętoniam filiam reliquit Af fronia altera filia exhęredata .quę & si posset testamentum facile rescindere; noluit tamen ut pietate sua maternam ingratitudinem faceret notiorem.

Metelli filii qui illis hęreditate excussis.curinatem familiarem reliquerat haeredem testamento obuiam non ierunt patris superbissimi.

I carus acceptum 'a libero patre uinum:bibēdum pastoribus exhibuit: Exiis alii somno sopiti : alii in aliam partem se reiiciunt . semimortua membra iactantes: ex illis aliqui putantes uenenum sibi ab Icaro datum.adorti illū cōficiunt : Eius

gone filia desyderio parentis extimulata:quom omnia lustrare decreuisset: Canis Icari Mæra nomine appræhendens illius uestem dentibus ad patris cadauer traxit.Erigone igitur solitudine pauperieq́ oppressa suspendio uitam finiuit ea in arbore:sub qua parens fuerat sepultus:

A lexander magnus missam ab Antipatro contra matrem epistolā quom legeret ignorat inqt Antipater quod unica mr̄is lachryma innumeras delebit epistolas

H esiodus ait primo illo sæculo centum annis hoīes sub matris imperio ceu infātes uixisse. Demodocus apud Platonem lib.iii.ait Socrati : Genituram facilem esse:educationem difficilem.

A pud Persas:ante qnquēniū filius in cōspectū patris nō uenit: ne si Iter educationē decederet:patri afferret molestiā.ex Herod.lib.i.Valerius ante septēnium ait

A ristippus castiganti cuidā quod filium ex se genitum abiiceret : An uero inquit ignoramus & pituitā & pediculos a nobis gigni.quę tm̄ ueluti iutilia abiicimus

C aspii parētes septuagenarios inclusos fame necāt:Sidones mortuos deuorāt.

A ugustus quom Vectius monumentum patris exarasset : urbane hoc est inquit uere monumentum patris colere.

M:Antonius imperator ac philosophus moriēs.quom quidam cui filium commēdaret dicerent. Vobis inquit si dignus est & diis immortalibus:

A gesilaus Lacedæmonius filiorū amantiss. cum paruis pueris domi colludebat: arundinemq́ ut equum puerorum more conscenderat: Visus a quodam amicorum rogauit ne cui prius id diceret-quā'm ipse quoq; puerorum pater esset.

M oses legibus sanxit filium nō puniri ob parentis delictū.Q uod apud Ro. obseruatū quoq; est.Calistus lib.xxxxviii. digest. ait crimen paternū nullā maculam filio infligere potest:idq́ etiam diui fratres Ieropolitanis rescripserunt.apd græcos tyranni filii parentū crimina luebant-aut exilio mulctabantur-aut uita tanquam non sinente natura a parentibus malis bonos creari posse filios.

P inensis iuuenis portæ urbis custos-quom hostes patrem captū illi obtulissent ac nisi portas aperiret patri mortem minitarētur:irruptione in hostes facta patrem eripuit-atq; se e patrię proditione tutatus est.

Q uam difficile sit oriri bonos filios a magnis uiris ostēdit Africani supioris filius fœde a paruulo Antiochi ꝑsidio captus:q̄ ēt ꝑturā petiturus candidā togā turpitudinis maculis obsolefactā in campū detulit:Q .Max. Fabii filius tā pditæ fuit luxurię-morumq́ fœdorū-ut Q .Pompeius prętor urbanus paternis bonis interdixerit:publiceq́ sit exhæredatus: Clodii pulchri filius eneruē frigidāq́ uitā sub meretricis impio egit:Minerua.ii. Hom. odyss.ait paucos filios honestos nasci ex honestis parentibus:sed sequens ætas semp peior est priore.Hora: Aetas parentū peior proauis tulit nos nequiores.Sed Spartani uerba sup ea re sum uisus reponere: Ea sunt in uita seueri in hunc modum : Et reputanti mihi D ioclitiane Auguste neminē prope magnorū uirorū optimum & utilem filium reliquisse satis claret:Deniq; aut sine liberis uiri interierunt:aut tales habere plę

riq:ut melius fuerit de rebus humanis sine posteritate discedere. Et ut ordiamur à Romulo hic nihil liberorum reliquit-nihil numa Pompilius quod utile posset esse reip. Quid Camillus:Num sui similes liberos habuit?quid Scipio quid Catones qui magni fuerunt?Iam uero de Homero:Demosthene-Vergilio-Crispo-;Terentio-Plauto cęteris'q; aliis quid loquar?quid de Cęsare?quid de Tullio?cui soli melius fuerat non habere. quid de Augusto qui nec ad optiuum bonũ filium habuit?quom illi eligendi potestas fuisset ex omnibus: Falsus est etiã ipse Traianus in suo municipe ac nepote deligẽdo:sed ut omittamus adoptiuos:ueniamus ad genitos:qd Marco fœlicius fuisset:si cõmodũ nõ reliqsset hęredẽ?qd seuero septimio si Bassiamũ nõ genuisset?hęc ille. Demosthenes dicebat à uiris bonis quasi fatis uolentibus filii improbi nascũtur:unde prouerbium apud græcos ἀνδρῶν ἡρώων τέκνα πήματα idest heroum filii noxæ sunt.

Pallas quidam quinquaginta filios dicitur habuisse. Combes Heroina centum filia Aesopi:Seylurus cheronensium regulus quinquaginta:Apollonides octoginta:Artoxerxes cẽtum ac quindecim:Masinissa quinquaginta. Aegyptus qnquaginta occisi omnes à patruelibus eisdem'q; uxoribus Danai filiabus-prętet unum linceum ab Hypermestra miserante seruatum: Gedeon ex uxoribus ac cõcubinis septuaginta:Roboã ex uxoribus cõcubiniis'q; uiginti octo filios:filias uero sexagita Absanis post septe mortẽ rex filios habuit nonaginta:

Crispinus Hylarius ex ingenua plebe fesulana cum liberis nouem in quo numero filię fuerunt dūę nepotibus'q; uigintiseptem pronepotibus uigintinouem neptibus nouem prę alta pompa cũ omnibus his in capitolio fertur immolasse

M. Aemilius Scaurus repetundaꝝ reus ob nobilitatem recentem'q; patris memoriam gloriam'q; absolutus est:

Seruis quibus essent tres filii uacatio:quibus plures libertas cõtingebat. Iulius Cęsar quibus essent tres filii campum stellatem agrum'q; campanum in consulatu diuisit: Martialis ait se donatũ iure trium liberoꝝ Plinius secundus petiit p epistolã à Traiano ut Suetonio trãqllo pstaret ius trium liberoꝝ.atq; ĩpetrauit

Chrysippus philosophus qs patrem inqt laudabit nisi probi filii? Quẽ Dionysiodorus arguens:ueram huiusmodi sententiam affert: Quis patrem laudabit nisi improbi filii? Quoniam qui nulla re pręstant: maiorum uirtutibus innituntur. Proinde Iuue:stemmata quid faciunt? quid prodest Pontice longo ordine censeri:pictos'q; ostẽdere uultus Maiorum:? & stantes in curribus Aemilianos

Ciconiæ nidos eosdem repetunt Genitricum senectam inuicem educant Meros uocatur genitores suos reconditos pascens: Glires genitores fessos alunt insigni pietate. Ex Pli. Vide exemplum Alexis in cap. de parentum indulgentia.

DE FIDE ET PERFIDIA


icero dicente illi metello plures testimonio pemesti quàm patrocinio seruasti:Nêpe inqt Cicero plus est mihi fideiqũı̃ eloq̃ntię. Xenocrati tanta fides habita est:ut quom nullius iniurati admitteretur testimonium:illi soli Athenienses remiserunt iusiurãdum iniurato'q; crediderunt.

Q uom Messanæ Antonius: Sextus'q; pompeius ad cœnam se mutuo iuitassent:atq; esset conuentum ut in prætoria naui sexti cœnaretur:põtem'q; ex aggere in nauem fecissent:iactis anchoris feruentibus in locis Antonii & Cleo patrę Metadorus pyrata adhærẽs Pompeio clam cum illo loquutus: uis'ne ait Sexte anchoras succidam:& te non Sicilię neq; Sardinię sed romani imperii faciam dñm? Tunc Pompeius quom paulisper secum cogitasset oportuit inqt'o metadore hęc p te ipsũ me inscio fecisse:piurare.n.nequãq̃ meũ est.

C n Domitius ait Cic.in orõne pro Deiotaro ille quem nos pueri consulem cẽsorem pontificem maximũ uidimus quom tribunus plebis M.Scaurum principem ciuitatis in iudicium populi uocasset:Scauri'q; seruus ad eum clam domũ uenisset:& crimina in dominum relaturum se esse dixisset:appręhẽdi hominem iussit ad Scaurum'q; deduci.

A tilius Calatinus ob Soranorum oppidi proditionem reus quom esset:Q .maximus socer illius.si eum inqt sontem cõperissem affinitatẽ direpturus fuissem uniuersus po.ro.fidem maximo habens Calatinum absoluit.

P ontius Cæsaris cẽturio captus a pompei socero scipione:quom uno modo ei salus daretur si se futurum Gn.pompei militem affirmasset ita respõdit.Tibi quidem scipio gratias ago sed mihi uti ista conditione uitæ non est opus.

S yraculana seditione quom uniuersa Hieronis regis stirps cladibus ex hausta ad unicam filiam Harmoniã uirginẽ esset redacta in eam'q; certatim ab inimicis fieret impetus:nutrix puellæ æqualem illi regio cultu ornatam hostilibus gladiis subiecit puellam:quę ne quom ferro quidem traderetur ut cuius esset conditionis ederet proclamauit:Admirata illius fidem Harmonia superesse non sustinuit:reuocatos'q; interfectores quæ esset professa: in cędem suam conuertit.

T isaphernes quom inducias pactas cum Agesilao trium mensium non seruaret quanuis iuratus.Agesilaus re comperta in fœdere etiam mansit.

A ccepta ad Cannas clade quom quidam qui Romam uenerat de redimendis captiuis:fallaci reditu de iureiurando se exoluisset:censuerunt romani illum comprachendendum:& custodibus publice datis ad Annibalem deducendum.

N arcissus ab epistolis Claudii potentissimus etiam regum factus mortuo Claudio ab Agrippina morti destinatus omneis secretas illius epistolas ad agrippinam atq; ad alios priusquam iugularetur cremauit.

F ides inquit iustinus parthis nulla est nisi quantum expedit. Syri rarum est immo difficile ut fidem seruent ait uopiscus in Aureliano :Gręcis nullã fidem habendam esse ex cicerone p L.Flacco liquet.Plautus in aulularia:cętera quę uo-

lumus uti græca mercamur fide.i.ut pecunia corã numeret:ſiquis attica fides græcorum teſtimonio celebret. Ex iis Theſſali infames ĩ capite de Dolis.infames pœni unde Plau. elegãter Nemo me pœnus eſt punior.Liuius lib.ii.decr.iii.in clade accepta 'a flaminio ad Thraſimenũ q fugerant aſſequutus maharbal:pollicitus ẽ ſi ſe d... cũ ſinglis ueſtimẽtis paſſurũ q̃ fides punica religiõe ſeruata ẽ ab Annibale:atq; ĩ uincula oẽs cõiecti.Her.li.iii.ait Arabes ſeruar̃ fidẽ iter hoĩes

Fides canum miram eſſe:unum addam hic exemplum quom ex cauſa Neronis animaduerteretur in.T.Sabinum ac ſeruitia eius:unius exiis canem nec 'a carcere abigi potuiſſe.nec 'a corpore receſſiſſe abiecto ĩ gradibus gemoniis, mœſtos edentẽ ululatus magna populi Ro.corona circunſtante: Ex qua quom quidã ei cibũ obieciſſe ad os defuncti tuliſſe ĩnatauit idẽ cadauer̃ abiecto ſuſtẽtare conatus.celebratus Icari canis & Vlixis q redeuntẽ dñm poſt tot annos agnouit

Equorum pene par fides. Occiſo Antiocho Centaretrium ẽ galathis potitũ equo conſcendiſſe ouantem: At illum indignatione accenſum domitis frenis ne regi poſſet p̃cipitem in abrupta iſſe:exanimatũq; una. Alexãdri magni equus quẽ ex toruo aſpectu ſiue ab inſigni taurini capitis in armo impreſſi Bucephalũ appellatũ conſtat in Thebarum oppugnatione uulneratus in aliũ trãſire Alexãdrũ nõ eſt paſſus.Sed operæpreciũ eſt aſcribere quę Plutar.in Alexandro de equo alexandroq; recitat:Philonicus ait Theſſalus emerat philippo macedoni Bucephalum tribus ac decem talentis:qui ductus in campũ quom neminẽ admitteret tergo ſeſſorẽ:tanq̃ indomabilis iuſſus eſt 'a Philippo abiici:ſed quom alexãder qui aderat rẽ grauiter ferret diceretq; ſe facile cõceſſurum equũ: ouẽ ob teſtatus ni id faceret preciũ ſe ſoluturũ:cõceſſiſſetq; philippus: feſtinabũdus alexãder correptũ habenis equũ cõtra ſolẽ cõuerſum ſtatuit (aĩaduerterat.n.umbra ſua ipſius ſolitũ agitari)itaq; blãde luba attractata: reiecta ſenſim chlamide equũ cõſcẽdit ac mox laxatis habenis calcibus uoceq; ad curſum agitat:ę uſq; etiã retorſit. Tũ philippus prę gaudio illachrymaſſe dicitur deſcendentiſq; caput ex oſculãs dixiſſe.aliud tibi par iã regnũ quęre:nõ.n.iam te macedõia capit.

Non eſſe cõmittẽdũ quicq̃ niſi notis:oſtẽdit plautus in Aſinaria.Ibi.n.quom mercator 'a leonida ſępe quęreret ut pecuniã crederet:rñdit. lupus eſt hõ hoĩ nõ homo quom q̃lis ſit nõ nouit:huiuſce rei plura exẽpla in cap.de Dolis dicta ſunt: Dionyſius tyrãnus cẽſebat uti pueros talis ita hoĩes iureiurando decipiendos.

Fidei ædes conſecrata fuerat ab Attilio Calatino poſthunc in capitolio altera ab æmilio Scauro dedicata In hac ęde erat celebris illa imago ſenis cũ lyra puerũ

Sacrificat aũt fidei capite pãno uelato. Hor.in carminibus & albo rara (docẽtis. fides colit uelata pãno ubi porphirio ait albo pãno coli uel q̃a fides 'a paupibus magis colaẽ uel ob puritatẽ:aerõ addit uel q̃d colat̃ a ſenibus. Verg.Canafides

Sinnidis filia interẽpto patre 'a Theſeo fugiens delituerat inter dumos reuocante uero Theſeo ac fidẽ dãte nihil detrimenti 'a ſe paſſuram: exiit ad illumq; ſe contulit 'a quo grauida facta menalippum genuit:Seneca ait utrũq; uitium eſt omnibus credere & nulli:ſed alterũ honeſtius dixerim uitium:alterum tutius

DE FOELICITATE



Hales Milesius rogatus qui fœlix esset: qui corpe inqt sanus fortuna locuples aío q̃ nõ ignauus aut impitus ẽ. Pla. in qnq̃ partes distribuit: Primã bene cõsulere: Secũdã sensibus bonaq̃ ualetudine uigere: Tertiã ĩ rebus gerẽdis fortunatũ esse: quartã gloria & claritate excellere: Q uintã pecuniis rebus q̃ necessariis abũdare Socra. apd Pla. ĩ Gorgia ait honestũ bonũ q̃ uirũ & mulierẽ esse

Lacon quidã ad eũ q lampen Aeginetã beatũ esse dicebat q̃ ditissimus (fœlicẽ. cẽt. multorũ q̃ nauigioꝝ dñs: Nihil inqt curo fœlicitatẽ ẽ funibus dependentẽ

Gyges Lydius qui siue ob inuentũ ab eo in promethei sepulchro ãnulum pastor quom esset: cuius ope potitus est uxore Candaulis regis: siue propter Candaulis uęsaniam qui uxorem illi nudam uoluit ostẽtare: ut est apud Iust. rex Lydię factus: Tanto successu elatus Pythium consuluit an aliquis mortalium se fœlicior esset: sed deus ex abdito sacrarii specu uoce emissa Aglaum sophidium prætulit: Arcas is erat ætate iam senior paupereculus q̃ terminos agelli sui nunquã egressus paruuli ruris fructibus uoluptatibus q̃ contentus:

Anaxagoras philosophus rogatus quis fœlix esset. Roganti respondit: Nemo ex iis quos tu fœlices existimas: sed eum in ipso numero quem tu miserum credis.

Antisthenes rogatus quid nam apud homines esset beatius: fœlicem inquit mori

Crœsus Lydiæ rex oĩum ditissimus accitum ad se solonem in congressu (ita ut fit) rogauit: an quis esset se fœlicior? Cui Solon esse tellum Ciuem suũ fœliciorem: qui filios habuerit probatissimos: il q̃ fuisset uir integerrimus: pro q̃ patria pugnans strenuissime parta uictoria occubuisset. Crœsus putans Solonem omniũ urbanitatũ expertem iterum contendit. num post tellum alium beatiorem nosset: Cleoben dixit & Bitonẽ argiuos cũ mirifico inter se amore: tũ summa in matrẽ obseruantia qui tardantibus bobus ipsi iugũ currus subeuntes ad Iunonis tẽplum matrẽ traxerunt. lętã ab oĩbus q̃ fœlicẽ habitã: Deinde pactis sacris epulati quom accubuissent. non assurrexerunt. In tanta q̃ gloria mortẽ omni sine molestia oppetisse: At nos inquit Crœsus ira incensus nullum in numerum beatorum reponis? At Solon expectari finem dixit: dimissus ẽ Solon in honoratus: sed uera oracula mox esse plane ostendit. nam uictus captus q̃ a Cyro quom uiuum comburi iussisset cyrus. pyræ impositus Solonis nomẽ sępe citauit. quærẽti Cyro rem narrat. quamobrẽ Cyrus fortunæ exitus q̃ uarietatem reꝝ humanaꝝ cõtẽplatus extincto igne sociũ consilioꝝ Crœsum habuit

Socrates in Platonis Gorgia quom ab eo quæsitum esset nũ fœliceem putaret Archelaum Perdicę filium qui eum fortunatissimus habebatur: Haud scio inqt nunquam enim cum eo locutus sum.

Martialis ad se ipsum de uita beata

Vitam quæ faciunt beatiorem
Iucundissime Martialis hęc sunt:
Res non parta labore: sed relicta:
Non ingratus ager: focus perennis
Lis nunquam: toga rara: mens quieta:
Vires ingenuę: salubre corpus.

Prudens simplicitas: pares amici: Conuictus facilis, sine arte mensa:
Nox non ebria, sed soluta curis: Non tristis torus: attamen pudicus:
Somnus qui faciat breues tenebras: Quod sis esse uelis: nihil q3 malis
Summum nec metuas diem: nec optes.

Vatia Romanus prætorius uir in uilla quæ uatiana dicta est prope cumas: consenuit: habitus q3 est fœlix.

Q. Metellus qui à uictis Macedonibus macedonicus nuncupatus est: ab ineũte ætate fortuna fauente ad clariores honores semper elatus: tandem à quatuor filiis rogo illatus: uno prętore: tribus cõsularibus: duobus triũphalibus: uno cẽsorio: reliquit ergo sex filios treis filias nuptas: nepotes undecim: nurus uero ac generos & oẽs qui illum patris appellatione salutarẽt .xvii. ex Cic. Val. q3. Plinius uero .xxvii. non .xvii. ait. Fuit aũt hic filius. Q. metelli qui amisit lumina ob raptũ Palladii qui & si non infœlix dicitũ nec fœlix debet inquit Pli. macedonicus ẽt fuit cõsul cẽsor & Augur. Plut. in li. de fortũa ro. ait duos ex illis generis

Datylus apud Athenienses fœlix omnibus perfunctus honori (cõsulares fuisse bus Dionysius: Halycarnasseus Numam foelicem appellat. Regio genere: forma honore q3 potitum. pia eruditione exceultum: omni tempore integrum uitę in nullo à fortuna conflictatum: quatuor filios unam q3 filiam reliquisse:

Lampido lacedæmonia una ait Pli. li. vii. foeminarum in omni æuo. refertur foelix. quæ regis filia. regis uxor: regis mater fuit. una Berenice quę filia soror: mater olympionitarũ: Vna familia curionum in qua tres cõtinua serie oratores extiterunt: una fabiorum: in qua tres continui principes senatus: M. Fabius Ambustus Fabius Rutilianus filius: Q. Fabius Gurges nepos: Lactãtius Enhippum regem Argiuorum foelicem appellat.

Caspii eum qui septuagesimum annum excesserit fame necant: quo in solitudine exposito euẽtum eminus speculantur. Nã quẽ ab auibus in lectulo. distrahi uiderint: foelicem putant: si à feris uel canibus nequaq̃: Si à nullo infœlicẽ dicũt

DE FORTVNA



Dionysius iunior rogatus à quopiam cur pater quom priuatus eẽt ad Tyrannidem sit euectus ipse uero ex ipsa tyrãnide sit deiectus Pater inquit mihi suã reliquit tyrannidem: non fortunam:

Crœsus consultus à Cyro de bello suscipiẽdo cõtra Tomyrim reginam à qua occisus tandem est: si tibi ait esse uideris immortalis: nihil est opus ut meam tibi dicã sententiam: si uero te quoq3 agnoscis hominem: illud in primis discito: humanarum rerum circum esse: qui rotatus semper eosdem fortunatos esse non sinit.

Polycrates tyrannus samius adeo erat fortunatus ut nihil unq̃ frustra cupierit: uota nũcupabant & soluebant: semel duntaxat uultũ mutauit p quam breuis tristitiæ salebra successum: tunc quom admodum gratum sibi annulũ de indu

Tria ne fortuna incrudesceret: abiecit in pontum quem tamen continuo recuperauit capto qui deuorauerat pisce: Hic tandem quom bellum cũ Dario gereret ab Oronte Darii regis præfecto captus in excellissimo Michaleli montis uertice cruci affixus, auibus'q laniãdus relictus est. dictũ est de hoc i cap de auaritia

Fortunã Seneca in puerbiis eleganter ait esse uitreã: quæ quom tantũ splẽdet frãgitur Pli. lib. ii. Toto qppe mundo & locis oĩbus: oĩbus'q horis: oĩbus uocibus fortuna sola inuocatur & una nominat una accusat una agitur rea una cogitat: sola laudatur sola arguitur & cũ conuitiis colitur uolubilis'q a plerisq uera & cæca etiã extimata: uaga inconstans: incerta uaria indignorum'q fautrix huic omnia expensa: huic omnia feruntur accepta: & in tota ratione mortalium sola utranq paginam facit: idem Seneca in prouerbiis Ex hominum quæstu facta est fortuna dea: Atheniensis uero hospes apud Plato. de legibus ait Deum qui dẽ omnia & fortunã opportunitatẽ'q simul cũ deo cuncta humana gubernare.

Ancęus Neptũni & Astypaleæ Phœnicis filius quom uitẽ sereret: grauiter'q instaret ministris: qdam tędeo opis cõmotus negauit futurum ut ex ea uite herus uinum biberet. Postubi uitis peruenisset fœliciter: uuę'q maturuissent: herus exultans seruum eundẽ accersit: atq sibi uinum infundi iubet: Deinde quom calicem ori admoturus esset: seruo uanam exprobrans diuinationem: Ecce alter minister exteritus nunciat uinetum ab apro ingenti deuastari quibus auditis Ancęus deposito poculo accurrit in aprũ inuehitur: a quo occiditur: unde ortum puerbium Multa cadunt inter calicem suprema'q labra.

Leotychidas primus rogatus quomodo quis maxime præsentia bona tueretur: si non omnia inquit fortunę crediderit. C. marius non sane mentis hominem esse aiebat qui se fortunę committeret.

T. Aufidius Publicanus primo in Asia postea procõsul fuit. T. P. Rutilius minister publicanorum in Sicilia postea in eadem prouincia proconsul fuit. Photionis pater cochlearia conficiebat.

Ventidius humili genere picenus: cuius mater capta est a Strabone pompei patre capto Asculo: imperator postea factus parthos uicit & triũphauit: Hic mulio castrẽsis fuit: De eo uersus factus est: Cõcurrite oẽs augures: portẽtũ insolitatũ cõflatũ ẽ recẽs: nã mulos q fricabat cõsul factus ẽ. Perseus rex pre ignobili ortus.

Aemilius Scaurus ex obscura uita obscuro genere ortus nouus homo &: ut dicit terræ filius a fortuna elatus princeps senatus reputatus est.

Cornelius Sylla ex Nicopolis meretriculę sinu assumptus ad cœlum elatus septies'q consul præter dictaturam fuit.

L. Lentulus consularis rep tundarum crimine oppressus: censor creatur.

Q. Cæpio p̃torius & cõsularis & qui maximus põtifex fuerat i publicis uinculis Marius Arpini natus ad tm̃ honoris euectus: ut septies cõsul fuerit. (spm̃ dposuit

C. Cæsar a pyratis captus & redemptus: eos mox assecutus cruci affixit.

Alcibiades: forma diuitiis nobilitate imperiis'q pręstans actus in exiliũ: uenditis bonis in inopiã deuenit. Dionysius iunior factus est e tyranno ludi magister.

Syphax rex mirabilis & Romanis & Carthaginensibus: catenatus a Lęlio legato ad Scipionem protrahitur.

Aesopus fabulator scribit cuidam caedenti siluam prolapsam e manibus esse securim: Mercurius inuocatus reddidit auream: hanc quoque suam esse negāti ferreā restituit: Alius uero quidam eundem euentum sperans de industria passus est elabi securim: eam quom Mercurius inuocatus non restitueret, expostulanti festiue Mercurius non semper secures fert fluuius inquit.

Hiero natus ex Hieroclyto nobili uiro & āncilla, quom esset expositus ab apibus diebus multis alitus est: ea re intellecta pr̄ receptū ali iussit, q̄ postea a siculis rex

Pyrrho apud argos mortuo, Alexander eius filius Antigono a mi- (ē creatus, litibus destituto Macedoniae regnum eripit: Demetrius uero Antigoni filius puer admodum absente patre reparato exercitu: non solum amissam macedoniam recepit: uerum etiam Epiri regno Alexandrum spoliauit.

Bonifacius. viii. pontifex quom Petro Morroneo uiro sanctissimo pontificatū deponere suasisset ad quē ex heremo fuerat assumptus: atque deposito pontificatu Petrum ad heremū redeuntem i carcerem compulisset: ac tandem in mortem: Iacobus & Petrus Cardinales Columnenses uiri sanctissimi mortem Petri Bonifacio per dolum ad pontificatum assumpto obiectabant. Is uero adeo in cardinales excanduit: ut praeneste: Zagarolum & Colūnam urbes: in quas se receperant: solo aequauerit. Quin tanta in Columnenses ira exarsit: ut indie cinerum Christiano Porcheto Genuensi archiepiscopo Gibellinas partes colenti ad pedes q̄ demore procidenti: dixerit: Memento quod Gibellinus es & cum Gibellinis in puluerem conuerteris, & in oculos cinerem iniecit, eodem q̄ die archiepiscopatu priuauit. Sarra autem qui Cardinales hospitio susceperat, pōtifi cis iram fugiens in pyratas Catalanos incidit: ad remigium q̄ adactus est: sed quom forte Catalana triremis Massiliam delata esset: Sarra a rege francorum Philippo cui inimicitiae cum Bonifacio intercesserant, redemptus est: Praemisit igitur Sarra Romam Gulielmum nogaretium: qui ducētos equites gallos Romae comparauit: atque ipse habitu seruili ad Ananiam uenit. Vbi Bonifacius in domo paterna & eodem quo genitus fuerat cubiculo degebat: adiuuantibus q̄ amicis Ananinis Pontificem adortus effractis portis comprędit. Perductū q̄ Romam intra uigesimum quartum diem obiisse.

Deficiente Argiuis Heraclidarum familia ex qua mos fuerat reges creari: consultus Apollo respondit eum crearent regem cuius domo aquila paucos postdies superuolans sederet: sedit igitur supra Aegonis domū qui statim rex creatus ē

Cinyrasorū familia ex qua reges in papho creabanť deficiēte quom rex creādus q̄reretur Halynomū ultimę sortis hoīem extremę q̄ inopię ac neglectū ex horto eligit Alexāder. q acceßerāt aquā elicibus deducentē offenderūt. ductus ergo a militibus nō sine magna trepidatiōe statim rex creaťiter q̄ Alexādri sodales eō

Seleucus mortuo pre Antiocho Syrię rege hortāte Laodice mr̄e (stituitur: nouercā Beronicē Ptolemaei regis sororē cū paruulo frē occidit: sed quom ultu

rus sororem Ptolemęus bellum seleuco inferret·omnes pene Syriæ reges Ptolemęo se dederunt:sed reuocatus domestica seditione in ęgyptum: seleucus classem aduersus ciuitates quę rebellauerāt cōparat: Verū īgēti orta tēpestate classē naufragio amittit:uix ereptus cū paucis. Ciuitates uero ueluti satisfactū sibi esset in misericordiā uersæ impio Seleuci se restituūt:qui contractis copiis Ptolemęo bellū infert:a quo uictus in Antiochiācōfugit:Ludibriū uidelicet fortunę

Demetrius uitam securam ac sine ullis incursionibus mare mortuum uocabat.

Pompalus extremę sortis iuuenis persuasus a Ptolemęo·Attalo Ariarathe q̄ regibus: ut Alexandrum filium Antiochi se esse assimularet : id quom fecisset: breui magnis uiribus comparatis Demetrium uincit occidit q̄:sed paulopost a Demetrio Demetrii filio primo prælio uictus occiditur.

Timotheus Cononis filius quom multas urbes imperio Atheniensi subdidisset: eius inuidi p̄clara illius gesta fortunę ascribētes:in tabulis dormientē illū : fortunā'm q̄ urbibus retia tendentē depinxerūt: Ille irritatus quasi gloria rerū gestarū priuaretur:ab expeditione uictor rediens: Viri ait atheniēses rerū bellicarū a me gestarum nullā sibi potest fortuna partē uendicare. Iratam dicūt in illum fortunā eē:ita ut deinceps nullū facinus egregiū bello gesserit:sed aduersis semper auspiciis pugnasse:ac demū populo inuisū e patria exulem factū. Hunc inuidis illis dixisse aiunt:si urbes dormiens capio:quid me facturum putatis:si uigilauero?Lucretius usq̄ adeo in rebus solidi nihil esse uidetur.

Admiratus Plutarchus fortunę potentiam ait Ex duobus atteonibus quorū alter Syrus:Alter Arcas fuit:utrunq̄ ab apro interemptū cōstat:Duorū item Acteonum alterum a canibus alterum ab amatoribus discerptum. Duorum Scipionum ab altero uictos Carthaginenses:ab altero funditus euersos : Troiam ob Laomedontis equos primū ab eo Herculi denegatos : Deinde per ligneū equū ab Agammnone: Tertio p̄pter equū qui in porta cōsistens iliensibus claudere uolentibus impedimento fuit a Charidemo duce captā fuisse. Ad qd puerbialiter allusit Verg. illo carmie equo ne credite teucri.uerba sūt Laocoōtis. Lii

Sergius Galba impator monile margaritis gēmis q̄ cōsertū ad ornandū fortunā suam tusculanā ex omni gaza secreuerat:Id repente quasi augustiore dignatus loco·Capitolinæ ueneri dedicauit. Proxima nocte somniauit· speciem fortunæ querētis fraudatam se dono destinato·minātis q̄ erepturam & ipsa quę dedisset quom q̄ exterritus luce prima ad expiandū somniū p̄missis qui rē diuinā appararēt·Tusculū excurrisset:nihil Inuenit·pręter tepidā in ara fauillam·atratū q̄ iuxta senem in catino uitreo thus tenentem:& in calice fictili merum:Paucis igitur post diebus iugulatus est ad lacum Curtii· solus q̄ relictus donec gregarius miles a frumentatione rediens abiecto onere caput ei āputauit:I gremiū q̄ addidit:quoniam capillo præ caluitie arripere non poterat.

Cleon sutoris filius fauente fortuna exercitus ductor factus Pylum cœpit· suā q̄ patriā Athenas furto spoliauit:factus itaq̄ diues ē:sed uariante fortuna tandē

electus ab alio: pœnas psoluit. Vide Regilliani exemplũ in cap. de imperatore.
Lysimachus unus ex Alexandri magni comitibus post Alexandri mortem à Dromichete Getarum rege captus dimissus ab illo est liberaliter q; donatus & amicitia & hospitalitate. Idem'q; ab eodem secundo captus in bello: iterum dimissus est: Sed is postea. xv. filiis uariis casibus amissis à seleuco uictus occubuit.
M. Fidustius senator proscriptus à Sylla mortem euasit. Seruatus'que annis sex & triginta à M. Antonio proscriptus est. atq; nullam aliam ob causam quàm quod proscriptus à Sylla fuisset:
Canuleius tribunus plebis abnuẽtibus patriciis matrimonioy copulationem cũ plebe apud consules queritans ait: Numã Pompilium ex sabino agro accitum regem factum. Seruium Tulliũ patre nullo matre serua regnũ tenuisse. Tullus hostilius in tugurio ortus è pastore rex factus. L. Tarquinius ex Demaratho mercatore Corinthio atq; exule patre. Terentius uarro cuius incuria clades cãnensis accepta est: è macellaria patris taberna consul factus est. Sed recẽsere exẽpla fortunę uarietatis immensi esset laboris Etenim quę facit magna gaudia nisi ex malis? aut quę mala immensa nisi ex ingentibus gaudiis?
Erichthonium Dardani filium omnium fortunatissimũ appellat Dionysius Halycarnasseus: Fortunatiores fieri credebantur: qui decumam herculi soluebant unde Lucullum ob id ditissimum factum ait Diodo. lib. y. Item qui Capram amaltheam Iouis altricem in sydera relatam exorientem aspicerent. Item qui lunam marem non fœminam esse crederent. Item qui Alexandri magni in argẽto auro'ue exculptam imaginem secum haberent. Item qui draconis caput limini ianuarum subditum propitiatis oratione diis haberent.
Salygno uimine Aegeum nauigare de admodum fortunatis prouerbio iactatur.
Fortunę duę in pręneste colebantur authore Papinio: Et prænestinæ poterant migrare sorores. Pli. uero lib. xiii. unam tantũ ponit Cuius simulachrum crassissima auri lamina contectum dicit. Ab hoc templo sortes dabantur Cicero libro secũdo diuin. Fani pulchritudo: & uenustas Prænestinarũ etiam nunc retinet sortium nomẽ. Clitomachus scribit Carneadem dicere solitum nunquam fortunatiorem quàm pręneste uidisse fortunam: Erat & in Antio templum fortunarum. unde Caligulam monitum à fortunis Antiatinis ut à Cassio sibi caueret: scribit Tranq. Et sortes abiis dari: unde Domitiano sortes Antiatinas alioq semper faustas in obitu semper tristes fuisse. Romæ duo templa fortunę seruius. Tullius struxit Alterum in foro Boario alterum ad Tyberis ripam quam uirilem appellauit is enim fortunam per fenestram in cubiculũ ad se irrepere dicebat: Extruxit itẽ fortunę primigeniæ fanũ in capitolio. itẽ & obsequentis fortunæ. Erat & priuatæ fortunæ delubrũ in palatio Itẽ aliud fortunæ uiscatricis: Ad fontẽ Partheniũ fanũ itẽ fortunæ: & in magno angiportu fortunę Euelpidis: & ad Veneris masculę fortunę ædicula: & cæteta alia fortunę cognomẽta. Item templum muliebris fortunę à matronis ex senatus cõcessione extructũ

ob conciliatũ Coriolanum 'a ueturia uolũnia'q; inqua solæ mulieres litabãt ex Diony.& Plutar. Aedem fortunæ inquirinali Q. Martius Ahala duũuir dedicauit.x. anno postquã P.Sempronius sophus consul aduersus Annibalẽ certaturus uouit. Ex liuio: construxit & lucullus ędẽ fortunæ & porticũ in qua statuas 'a Mũmio dono acceptas collocauit. Nero princeps ędẽ fortunę lapide phengite translucente construxit: inqua apertis foribus claritas diurna erat haud aliter speculariũ modo tanquã inclusa luce nõ trãsmissa: Ex Pli. malæ fortutunę ara erat ĩ æsquiliis authore Cicer.& Pli. Bonę fortunę simulachra erãt ĩ capitolio

F ortunæ aureę signũ in cubiculis principũ apponi solitũ ostendit tum Capitolinus ĩ Antonino pio ubi ait. Tertia die quoq; se grauari uideret. M. Antonio rẽp. & filiam præsentibus pręfectis cõmendauit: fortunã'q; aureã quæ in cubiculo poni solebat transferri ad eum iussit: Tum spartianus in seuero: qui ait Fortunã deinde regiam quę comitari principes & ĩ cubiculis poni solebat geminare statuerat: ut sacratissimum simulachrum utriq; relinqueret filiorum: sed quom uideret se perurgeri: sub hora mortis iussisse fertur: ut alternis diebus apud filios imperatores in cubiculis fortuna poneretur.

F ortunati dies Lapillo càndido in urnam iniecto uel in pharetram scytharũ more notabantur: Fœliciores unione: Infortunati atro lapillo:

F ortunam Cicero in oratione pro M. Marcello humanarum rerum dominã appellat. Salustius fortunam ait in omni re dominari: Idem Cicero in parad. ait omnem spem rationẽ & cogitationẽ à fortuna pẽdere. Curtius eximiam quoq; gloriam dicebat sæpius fortunæ qua'm uirtutis esse beneficium: Constantinus dicere solebat imperatorem esse fortunę est. Demetrius Phalereus diuitias cæcas cęcam'q; fortunã appellabat. Martialis ab eo mutuatus ait Postqua'm bis decies tribuit dea cæca. Apud Homerum nulla mentio fortunę est ait Macrobius. Epicurus dicebat fortunam nõ esse deam: Deos enim nihil temere facere:

F ortuna 'a fato sic differt ut fatum sit ordo series'q; causarum quas fortuna subsequatur: ut sit fortuna concursus causarum ex fato originem trahentium: incertus tamen & instabilis: Casus est concursus causarum absq; ratione accidentiũ in brutis uita'q; carentibus. Latentes causę ait Cicero in topicis subiectę sunt fortunæ: ut iacere telum uoluntatis est: ferire est fortunę: in partitionib. ait ĩ fortuna eẽ genus·aĩcitias·liberos propinquos·affines·opes·honores & iis cõtraria

A gathocles Sicilię tyrannus in omni fortuna nũquam sine fictilibus argẽteis admixtis uasculis cœnabat.

DE FATO



Scletario mathematicus 'a Domitiano imperatore interrogatus quis exitus uitæ ipsum expectaret: affirmauit fore ut breui lacerateur 'a canibus·Domitianus igitur e uestigio intefici illum imperat: atq; accuratissime sepeliri ad artis derisionem: sed repen-

tina tempestate deiecto funere semiustum cadauer canes discerpserunt.

Tyberio Graccho occiso à Nasica ob agrariam legem. G. Tyberio fratri uitã ocio sam degere cupienti, omnis'q; magistratus repudiãti Tyberium in somnis uisum dixisse: qd tardas Cai? Nulla est fuga: sed ambobus unam uitam & unam mortẽ p po. Ro. certãtibus fata statuerũt: quod quom fecisset Caius à consule Opimio & ipse occisus est.

Zeno philosophus quom seruum in furto deprænsum cæderet: atq; ille diceret: fatale mihi esse furari: & cædi inquit Zeno.

Dioclitianus quom apud Tungros in Gallia in caupona quadã moraret in minoribus adhuc locis militãs faceret'q; rõnẽ cõuictus sui quom quadã muliere druiade, atq; illa diceret Dioclitiane nimiũ auarus nimiũ pcus es: p iocũ rñdisse fertur: tũc ero largus quom impator fuero. Druias uero tũc dixisse fert: Dioclitiane iocari noli. nã impator eris quom aprũ occideris (de Apro Numeriani socero itelligẽs quẽ Dioclitianus iteremit ob cædẽ genero illatã). Dioclitianus uero oĩe motus apros in uenatione mirifice insectabat: plurimos'q; quom occidisset & impium Aurelianus, Probus, Tacitus & Charus suscepissent: ego iqt semp apros occido: sed alter utitur pulpameto: quom uero Aprũ uirũ occidisset, impator'q; creatus esset: dixisse fertur fatalem aprum occidi.

Daphytas quom ludendi gratia Apollinem consuluisset: nũ equũ posset inuenire: quis nullum amisisset, accepit ab Apolline oraculũ se inuenturũ equũ, sed ex eo deturbatum periturũ: inde ludibundus quasi oraculũ lusisset, reuertẽs in regẽ Attalum antea semper absentem contumeliis lacessitũ incidit: cuius iussu è saxo cui equus nomen erat precipitatus est

Gargoris Curetũ rex q Carchesiorũ saltus incoluerũt quom ex filię stupro puerũ suscepisset: ob flagitii pudorẽ filiũ exposuit quẽ quom iuenisset uario ferarũ genere nutritũ, relatũ domũ in tramite angusto per quẽ armẽta cõmeare cõsueuerãt proiici iubet: sic quoq; seruatũ canibus multorũ dierum ieiunio cruciatis: ac mox suibus obiici iussit: sic quoq; asseruatũ in Oceanũ abiici imperat: q quom leni salo in litus exponeretur, nõ multo post ceruã affuit ad alendũ illum: cui conuersatione nutricis eximia pernicitas fuit: inter'q; ferarum greges diu montes saltus'q; non inferior uelocitate peragrsuit. Ad postremũ laqueo captus regi offertur: qui & lineamentis notis'q; corporis quæ inustę paruulo fuerãt, nepos agnitus ab eodem regni successor destinatur:

Percosius uates clarissimus quom sciret in fatis esse duos filios Adrestum & Amphium in bello Troiano morituros, monuit ne accederent: sed trahentibus fatis quom accessissent: occisi sunt à Diomede: Ex Homero. in Ilia.

Hecuba grauida parere se ardentem facẽ uisa ad uirum Priamũ rẽ detulit. Is'q; cõsulto cõiectore quo se uerterẽt sortes somniorũ accepit: puerũ primũ q post illa tpa nasceret si tollerẽt: futurũ Troię exitiũ: ortus igitur Paris exponi à pre iubet Hecuba uẽustulũ puerũ miserata: clã pastoribus Regis alẽdũ tradidit: altus igr

tandem in troiano agone omnes superat ipsumq́ etiam Hectora, quem Isse irruentem edocet se esse illius fratrẽ: Agnitus ergo paris inter Priami regis filios recipitur: Somniumq́ non fecit irritum.

Phocas succedens in Albano regno Amulium Numitoremq́ filios suscepit. Numitori natu maiori regnũ legat: sed Amulius uiribus fretus, regnũ occupat, filium etiã numitoris de medio tollit: filiã Rheã Siluiã nequa proles susciperet religioni destinat: sed ea siue a milite siue ab alio compressa geminos peperit: sacerdos uincta in custodiam datur Pueri exponendi ad tyberim decernunt: Forte per id temporis tybris lenibus stagnis effusus erat: cui negociũ exponẽdi datũ fuerat, ad iustum alueũ peruenire non potuit: & posse infantes quãuis languida mergi aqua putat: I stagnis igit abiicit: restagnãte tyberi sub ficu quę postea Ruminalis dicta est exponũtur cũ alueo: ad quos lupa accedens mãmam prębuit: ex qua eo Romulus & Remus & Ruminalis ficus dicta (ueteres eniꝫ mãmã rumam uocabant) superueniens Faustulus regius pastor inuẽtos pueros uxori Accæ laurentiæ quę de pudicitia male audiebat, & ob id nata fabula (lupa enim meretricẽ significat) alendos dedit: adulti pueri uenationibus studebãt inq́ latrones pręda onustos impetũ faciebãt magnũq́ fortitudinis nomẽ sibi cõperauerãt. Orta uero cõtentione inter Numitoris Amuliiq́ pastores, aduersos Numitoris pastores cædunt, instãtibus uero lupercalibus Romulum Remũq́ uotis actentos pastores aggrediunt. Remũ capiũt: Numitoriq́ uinctũ deferunt. sed cum forte Numitor audaciã Remi admiratus indolemq́ nõ popularem supputat expositionis tempora: inq́ nepotum ob lineamenta etiam oris uenit suspitionem: interea faustulus qui rem omnẽ sciret Romulo rem aperit: romulus collecta iuuenũ manu adiutore etiam Numitore qui remum agnouerat in Aemulium impetum faciunt. regeq́ occiso: Numitorẽ auum in regnũ restituũt: ipsi uero allecti condendę urbis desyderio: ubi expositi fuerant: relicta Alba Romam cõdunt. Illud addendum ex Plutar. in lib. de ro. fortuna: Quo tempore cõceptus ẽ romulus eclypsim solis fuisse. atq́ eundem contigisse eclypsim in eius morte: Nec illud tacendum eodem authore quo tempore a lupo alti sunt etiam picus martius unguiculis ora puerorum diducẽs cibum infarciebat.

Mandanæ Astyagis filiæ uisum est per quietem tantum urinæ facere: ut omnem ipsius urbẽ oppleret. Asiamq́ totam inundaret: Hoc somnio conterritus astyages, filiã Cambysi uiro sedati boniq́ ingenii et inter mediocres se gerenti uxorem dat: sed eo anno per somniũ uidit: ex genitalibus filiæ uitem enasci: quę omnem occuparet asiam: Filiam ergo partui uicinam ex Persis accersit: custodesq́ paritur ę opposuit: Volens quod pareret occisum iri: genitum igitur Cyrũ. Harpago familiari fidissimo additis precibus minisq́ deferendum domum, Ibiq́ occidendum tribuit: quo ut uenisset: decreuit non esse suis manibus Cyrum occisurum: sed accersito Mithridatis regio pastori Astyagis nomine ut puerum in mõtibus exponat dedit. Ille puerum acceptum domum fert, rem uxori indicat

illa ad pedes prouoluta orat/ne puerum exponat:sed si necessum fuerit aliquẽ exponere exponat suum:quem eo die mortuumque pepererat: quod ita factum ẽ. sed quom adoleuisset puer/a colludentibus pueris rex creatur: Artembaris cu iusdam uiri inter Medos spectati puer quom regi puero non paruisset/cõpręn sus uerberibus affectus est: accusatur Cyrus ad Astyagemq; ducitur: quẽ intuẽs Astyages tu'ne inquit pastoris filius ausus es huius uiri apud Medos primarii filium tã indignis cõcidere uerberibus?cui ille hec inquit here iure feci: pueri.n.me regem cõstituerant:quippe qui uidebar eis ad hoc maxime idoneus:at hic obtemperãtibus cæteris pueris audiens dicto esse nolebat/atq; ob id pœnas dedit.hæc loquente puero Astyages tum oris lineamenta/tum tps expositionis supputans in suspitionem uenit nepotis:quare demisso Artembare Mithridatem bubulcum de puero rogat:neganti minatur:ille timore peulsus/rem uti erat aperit.quare rex Harpagum ad se uocari iussit:rogitat an mandata de puero fecerit:ille uero quom oĩa ut gesta erant aperuisset/Astyages iram dissimulans puerum filium eius unicũ membratim dilaniari iubet:patriq; epulãdum apponit.dicente uero post cibos an satis esset bona exceptus cœna atq; il lo ẽt dicẽte:iis quibus datum erat negocium caput/pedes/manus/reliquiasq; filii uelatas detegi iubet:Cyrumq; in persidem ad parentes remittit.

Hercules Angeam Alei filiam corruperat:pater grauidam nautę mergendam de dit:illa quom esset iuxta Parthenium montem urgẽtibus partus doloribus in proximam syluã tanq̃ ad opus necessarium accessit:ibi infantẽ peperit: quo intra uirgulta abdito in nauiculam rediit: eam pientissimus nauta quibusdam in Asiam profecturis dono dedit: filius uero inuentus est à pastoribus Corithi regis à cerua lacte alitu:eum ad regem detulerunt quem Corithus Thelephum quod esset cerua nutritus uocauit.

Laius Thebanorum Rex consulto oraculo an filios esset ex Iocasta uxore suscepturus/responsum tulit/non conducere sibi prolem habere: nam qui ex eo nasciturus esset:aduersa fortuna domum esset funestaturus:Natum ergo infantem traiectum pedibus ob id postea œdipum nominatum exponi iubet:Is quoniam domestici non exposuerant:clã à Polybia muliere nutritus est:Adultus puer re cognita parentem inqrebat:obuiis laio œdipoq; iter se factis quom laius œdipum cędere de uia superbius mãdasset:ab indignato œdipo incognitus occiditur:fertur eo tempore uenisse Thebas Sphingem biformem: enigma pelitum:soluenti Iocasta uxor & regnum Thebanorum exhibebatur:ænigma erat huiusmodi quod animal bipes diceretur:idem triceps:& quadrupes foret:dubitantibus cæteris œdipus solus soluit hominem esse qui infans quatuor iret pedibus:adultus duobus:iam senior factus tribus:ob baculum quo senes fulciuntur:sphinx uicta se præcipitem dedit:Oedipus ignotam parentem uxorem ducit.de Hierone exposito dictum est in cap:de Fortuna.

Rheam Chrisothei filiam quom Apollo stuprasset:ueritus pater ne ab homine

corrupta esset: in arca inclusam in mare deiicit: Mulier pręter opinionem salu-tem est assequuta (nam Delon appulit ubi Anium peperit: qui ab Apolline al-tus doctusq; diuinandi artem: magno in honore habitus est).

Acrisius Argiuorum rex quom uitiatam a Ioue Danaem filiam nosset eam in ar-cam inclusam præcipitauit in mare quæ delata in Italiam inuenta est a piscato-re: cum Perseo quem illic enixa fuerat: & regi oblata: quam duxit uxorem.

Saturnus Cretensium rex quom audisset in fatis esse: ut ui a filio pellendus esset a regno: omnes filios occidebat: Ceres uero uxor Iouem curetibus in Ida mon-te alendum clam tradidit: atq; ibi lacte capræ amaltheę nutritus est: qui iniustũ patrem Saturnum regno pepulit.

Vlyxes multis somniis exterrefactus a coniectoribus accepit: ut insidias sibi a fi-lio caueret: is igitur thelemachum filium in agris quos in Cephalenia possi-de-bat: additis et custodibus fidissimis relegat: ipseq; secedens ĩ alia loca semota fa-tum uitare nitebatur. Per idẽ tp̃s Thelegonus Vlyxis Circesq; filius parentẽ quęrens ithacã uenit: gerens hastile cui sũmitas marini turturis osse armabat insigne. s. insulę eius in qua genitus erat. edoctus ubi Vlyxes ageret: ad eum ac-cessit: prohibitus a custodibus se esse Vlyxis filium uociferatur: custodes putã-tes eum esse Thelemachum acrius resistunt: Thelegonus e resistẽtibus plures occidit. quod quom Vlyxes audiret reputans quẽdam esse a Thelemacho mis-sum ad eum occidendum: lanceam in Thelegonum iaculatur: quam ille ut ui-tasset: in eq; Vlyxem hastile contorsisset uulnerat parentẽ: q eo ictu concidit: sed postea quom fateretur se esse Vlyxem: Thelegonus utraq; manu caput: qd̃ pa-trem occiderit dilaniat: uide par exemplum Althamenis in capite de filiis.

Atherius Ruffus quom per quietem se cõfossum iri a retiario uidisset Syracusis: posteroq; die rẽ in spectaculi cõsessibus narraret: oñderetq; retiariũ a quo con-fodi somniauerat: uolẽs discedere a cõsessoribus dissuasus retẽtusq; ẽ: sed retia-rius in eũ locũ cõpulso mirmillone dũ iacẽtem ferire conat atherium occidit.

Appius Achaię imp. quom cõsuluisset Apollinẽ: an interesse bellis ciuilibus de-beret: uirgo spiritu afflata nihil inquit ad te hoc Romanę bellũ Euboeę cellã obtinebis: Appius itaq; Euboeã secedere statuit: atq; in eã regionẽ secessit. quę ĩter Rhãnũtẽ Charistũq; cella Euboea dr̃: ibiq; morbo Iteriit. ex Val. memi-

Philippus Macædonũ rex monitus ex oraculo ut quadrigã ca (nit. Luc. & Oui-ueret toto regno disiũgi currus iussit: locũq; Boeotiæ quadrig ĩ uocatũ semper fugit: Cæterum a Pausania occisus est qui in ensis capulo quadrigam haberet.

Xerxi ab Artabano ab expeditione in grçciam deterrito: apparuit in somnis uir specie ingẽti: q bis ac secũdo ĩterminatus est: nisi eat se futurum humilem: hoc quom rex Artabano narrasset: Artabanum etiam in somnis illa imago aggres-sa est: Tu ne es ait ille qui festinantem in grçciam xerxem detines tãquam eius curator? Tu neq; in futurum neque in præsens considẽras: qui dissuades: id qd̃ est fatale cõtingere. Oui. Nã ratio fatum uincere nulla ualet: Fatũ nõ ignis

est fatale contingere: Nam ratio fatum uincere nulla ualet: Fatum non ignis non ferrea arcebunt mœnia ait Pindarus: Crœso sciscitanti à pythia ita responsum est: sortem fato destinatam defugere deo quoq; est impossibile: Fato omnia fieri chrysippus: Possidonius Zeno in libris de fato: Item Heraclitus. Empedocles: Aristoteles: Cicero de diuinatione: & Hom. dicit: qui Iouem etiam inducit querentem quod Sarpedonem filium à morte contra fatum eripere non posset. Iuppiter apud Ouid. li. ix. Met. Me quoq; fata regunt ait: Vergil. in æne. Fortuna omnipotens & in eluctabile fatum ait.

DE FRATRIBVS ET SORORIBVS:



Vblius Rutilius leui morbo occupatus: nunciata fratris repulsa in consulatus petitione illico expirauit.

Arthemanes xerxes'q; duo ex Darii filiis quom post patris mortem de regno disceptarent: atq; ille maior natu priuilegio ætatis regnum sibi deberi affirmaret: xerxes uero ad nascendi fœlicitatẽ confugeret: (nam ortus erat regnante Dario: Arthemanes uero priuato) ad patruum Anasernem iudicium deferunt: qui re cognita xerxem pposuit: sed nec in fratrem uictor insultauit: nec uictus indoluit: quin ipso litis tẽpore inuicem munera miserunt: & iucunda quoq; interse conuiuia habuerunt: quod miraculi uicem obtinet.

P roculeius eques ro: Augusti amicus carissimę pietatis erga fratres suos Scipionem & Murenam fuit: adeo ut bona suà cum iis æquis partibus diuiserit: quia illi bello ciuili erant spoliati Hor. uiuet extento Proculeius æuo.

L ucius Lucullus tanta fratrem Marcum prosequutus est beneuolentia: qđ quãuis maior natu esset: nullum tamen magistratum ante adultam ætatem fratris obire uoluerit: tantam'q; hac humanitate apud populum gratiam conciliauit: ut uel absens unà cum fratre ædilis creatus sit.

M. Fabius quia Q. Fabium fratrem in bello contra etruscos amiserat: de eisdem triumphum delatum renuit.

Q uom apud Persas non liceret cuiquam in mẽsa regia accumbere pręterquàm uxori & matri: quarum mater supra regem: uxor infra sedebant: Artoxerxes tamen fratres oxanem & Xanthrem natu iuniores ad mensam recepit:

C ato quom Cœpionem frattem mortuum comperisset lamentis illum planctu; mœstitia'q; incredibili prosequutus est: exacto immodico funeris sumptu: sepulchrum è lapide thasio illi construxit: sed quom rediturus in Italiam Cœpionis cineres secum ferre decreuisset: amicis suadentibus ut in alia naue huiusmodi reliquias poneret: potius animam suam à se separaturum respondit: nauis'q; dicitur magno cum periculo traiecisse aliis ab omni periculo immunibus.

I tapherne Capto omni cum familia à Dario: in uinculis'q; coniecto: Itaphernis

fratrem occidit Aristote.li.vii.Politicorum. Prouerbio inquit iactatum est fratrum cōtentiones iras'q; esse acerbissimas:& q̄ nimium amār hi nimiū oderūt.

Abimelech Gedeōis filius ex cōcubina:mortuo pr̄e ob principatus cupiditatē cæteros frēs q̄ septuaginta fuerāt p̄ter unū occidit:sed ipse à muliere saxi fragmē

Ioseph mercatori ægyptio à fratribus uenūdatus:regi ęgyptio'q; p (to occiditur: quam charissimus factus est:laborante regione fame: ad ægyptum uenire decernunt:ueniunt:à fratre cognoscuntur:qui ut illorū fidem experiretur:clā poculū aureum in saccis Beniamin fecit abscondi:facta uasis inquisitione comperto'q; eo apud Beniamin:assimulat Ioseph illum uita uelle priuare tanquam furem:remissis cæteris fratribus utpote innocētibus.Iudas uero q̄ patri suaserat de mittēdo in ęgyptū Beniamin:p fratris salute caput suū exponere uelle dicit sed tādē cognitus à fratre Ioseph est:& illis parsum ē:& in gaudiū oēs fusi sūt:

Cato senior.L.fratrem inito cum accusatoribus consilio grandi ære in publicum referendo mulctauit.

Cambyses quem somniasset uidere nuntium è perside uenientem qui nunciaret smerdim fratrem in Regio sedentem solio:cælum cōtingere capite: statim mittit in persas qui fratrem occiderent

Idem Cambyses quem aliquando catulū leonculum'q; cōmitteret: superior'q; esset leōculus:alter catulus catelli frater supuenit:leonculū'q; supant: Tū Cambysis soror eadē'q; uxor cœpit illachrymare.rogata'q; à Cambyse qd illachrymaretur:dixisse:subiisse frīs Smerdis occisi memoriā:cuius nemo foret ultor: indignatus Cābyses statī illā iussit cōfodi.uide in cap.de crudelitate in dictiōe

Arcesilaus Batti filius ægrotans epoto medicamēto à fratre Learcho (Ochus: strangulatus est:sed & is ab Erixo Arcesilai uxore est confossus.

Euristheus & Procles fratres gemini ex Argina matre orti:patre uero Aristodemo in oī uita īter se dissenserūt.Eorū'q; posteri in dissentiōe semp pseuerarūt:

Osiris rex ægyptiorum à Typhone fratre adiutoribus filiis occiditur:in'q; sex ac xx.partes sectus cuilibet eorum qui cædis fuerant participes deditur.

Sesosis ægypti rex quem Herodotus Sesostrem appellat:quem cœnaret cū uxore filiis'q; apud fratrem: insidiis fratris penè combustus est:nam quiescentibus post cibum illis:ignem in cubiculum noctu inieceit: inualescente'q; flāma à custodibus regis sublato clamore uix incendium deuitauit.

Regina Titeę filia fratrem Iperionem uirum sumpsit:duos'q; ex illo suscepit filios:solem lunam'q;:sed illius fratres siue ob inuidiam:siue ob imperii cupiditatem Iperionem fratrem obtruncarunt: solem'q; adhuc puerum in Eridanum abiecerunt:luna uero ob fratris interitum se pręcipitem dedit.

Bites quem insidias parasset lycurgo fratri ex patre dumtaxat:Cognitis insidiis coactus à fratre est:ut sumptis nauigiis cum insidiatoribus nouā patriam quęreret:& præter hoc aliud nihil.

Erigona Orestis soror ex ęgistho nata ubi fratrem ab areopagitis absolutū qđ

mrem clytẽnestrã atq; ægisthũ cõsecerat cõperit: uicta dolore ĩmodico ĩterijt

P lutus & Philomeis Cereris filii fuere: ex iis Plutus quom nihil illi de bonis cõcessisset paternis coactus Philomeis est: ut uenditis omnibus quę haberet bonis duos boues emerit: ab eoq; primum fabricatum plaustrum & arationẽq; & agricolatione uitam duxisse.

A treus & Thyestes odio inter se incredibili: quom uires ad nocendum pares haberent: gratia simulata ad dolos conuertuntur. Thyestes meũ fratris uxore cõcubuit: Atreus epulãdum filium ei apposuit: ut fusius ĩ capite de ĩprobis dicet.

Antoninus Caracala quom fratrẽ Getã e medio sustulisset: audiret'q; facinus posse mitigari si fratrem diuum appellaret. dixisse fertur sit diuus dũ non sit uiuus.

G ryphus Cyricœnum fratrem ex patruo Antiocho regni æmulum ueneno de medio tollere temptauit.

DE FVRTIS:



Edituus arcis Capitolinæ quom in ãnulo furtum fecisset. Depręhensus annulum in os occuluit: Sed fracta in ore annuli gemma statim expirasse.

Octauius uicto Antonio Atyllum illius ex Fuluia filium necari iussit: datum negocium Theodoro pędagogo: qui quom adolescenti ceruix absinderetur: lapillum preciosissimum quem in collo gestabat elã subtractũ zonę ĩseruit: qua de re accusatus conuictus'q; in crucem sublatus est.

A nitus Atheniẽsis admodum diues quom Alcibiadẽ ad cõuiuium ad qđ multos cõuenerãt uocasset: denegauit: sed mox facto eum seruis agmine in domũ Aniti irrumpit: abaci supellectilẽ mediã diripit raptis uasis argẽteis aureis'q;: tũ Anitus humanissime mecũ inquit Alcibiades egit: q; mihi alterũ dimidiũ reliqrit.

E leazarus Dinei filius quom latronum ordinem apud Iudęam instituisset: Fœlix iudęę pręfectus data fide nihil mali perpessurum si ad se ueniret: ad se flexit: flexũ'q; & cõprehensum Romã mittit. attẽde fidẽ latronibus nõ seruandam.

Proterua apud maiores sacrificium dicebatur in quo mos erat ut siquid ex epulis superfuisset igne consumeretur: Hinc Catonis est iocus in albidium quēdā qui sua bona deuorasset & nouissime domum quæ ei reliqua erat incendio perdidisset: propteruiam fecisse dicebat.

Diogenes cynicus luxuriosum intuitus adolescentem oleas edentem: si sic pransus esses ait non ita cœnares.

Zeno philosophus edaci ac nihil patinarum sociis in conuiuiis relinquenti: appositum ingentē piscem sustulit: solus'q comedere cœpit: quom uero ille torue Zenonē intueretur. Quid ergo ait Zeno socios quotidie pati arbitraris: si tu meā edacitatem semel ferre non potes?

Gallus testis contra Pisonem repetundarum reum: quom magnam pecuniam dixisset datam Magio præfecto a Pisone: ne prouintialium iniurias ad se delatas aperiret: Scaurus'q Magii tenuitatem inopiam'q redargueret: Festiue inquit Erras scaure Ego non magnum conseruasse dico: sed tanquam nudus nuces legeret in uentrem concessisse.

Scipio minor qui postea Aemilianus dictus est: cēsor declaratus: quom accepisset iuuenem quendam placentam ex melle in urbis similitudinem compactā: Carthaginem'q nuncupatam conuiuis diripiendam dedisse: equo priuauit: rogatus'q causam quia me prior inquit Carthaginem diripuisti: optimo'q scommate gulam illius uindicauit.

Agesilao iter per Thasiorum agrum cum copiis facienti: quom Thasii anseres: bellaria liba'q ex melle atq id genus cibaria: uina'q item preciosa obtulissent: Accepta farina reliqua asportari retro iussit: precantibus uero thasiis ut omnino illa acciperet mancipiis accepta distribuit: Cæterum illis causam rogantibus Eos inquit qui probitati fortitudini'q studerent: non decere huiusmodi ganeis & gulę irritamentis delectari. Et in Persidę & in mauritania Cæsariensi Getulia contermina massilis uenenati faui gignuntur: Quid sibi uoluit natura nisi ut cautiorem minus'q auidum faceret hominem? ait Pli.

Lepidus censor quom M. Antistio Pigensi equum ademisset: amici'q uociferarentur ac dicerent quid ille patri suo respondebit: cur ademptum sibi equum dicet quom optimus colonus parcissimus modestissimus frugalissimus'q esset? me istorum inquit nihil credere.

Pausanias quom medos uicisset: iussit Persicam cœnam præparatam sibi apponi in qua quidem quom magnus inesset sumptus: Perdeos inqt Lurco Persa erat qui quom tot haberet: ad nostram uenerit polentam.

Claudius imperator gulæ deditus: uini cibi'q adeo appetentissimus: ut quom in Augusti foro quondā cognosceret: Victus nidore prandii: quod I maxima martis æde saliis apparabat: deserto tribunali ascēdit ad sacerdotes una'q discubuit.

Martialis in Calliodorum

Addidisti seruū nūmis here mille ducētis Vt bene cœnares Calliodore semel Nec bñ cœnasti:mullus tibi q̄ttuor ēptus Librarū cœnę pompa caput'ꝙ fuit. Exclamare libet:nō est hoc īprobe nō ē: Piscis:homo ē:hoīem Calliodor uoras.

Idem in Tongilium:

V ri Tongilius maledicitur hemitritheo: Noui hominis fraudes esurit atꝙ sitit: Subdola tēdunt crassis modo retia ceruis:Hamus & ī mullū mittit atꝙ lupū. Cæcuba sinceent'que'ꝙ ānus coxit Opimii:Cōdātur paruo fulca salerna uitro: Omnes Tongilium medici iussere leuari. O stulti febrem creditis esse?gula ē.

C ato maior libidinioso īter eius familiares esse cupiēti cōcessurū se negauit quoniā cum eo inq̄t uiuere non posset:qui melius ac subtilius palato q̄ corde sentiret.

E paminū das quom coquus impensæ rationem collegis redderet-maximum olei sumptum duntaxat ægre tulit:sed collęgis admirantibus: impēsam quidem sibi nō displicerē dixit sed quod tantum olei intra corpus ipse accepisset.

A ugusto obiiciente equiti Ro.quod patrimonium omne absumpsisset urbane ē ques meum inquit putaui.

V itellius imperator diem quadrifariam cibis diuidebat in ientaculum:Prandium cœnam ac cōmessationem facile omnibus sufficiens uomendi consuetudine.

D iogenes Cynicus stomachabat eos qui p sanitate sacra facerent-īter sacra uero sanitatē cœnarēt.Aristoteles in poble.prandendū esse large cœnandū parce ait

C ato senior laboriosissimū esse dicebat illam remp.saluā esse-in qua pluris quā bos pisceis uenundaretur.Seneca ad Lucillum uentri obediētes animalium nu mero computamus non hominum.

C yrus apud Xenoph.quom epularum luxuria Astyagem auum subtaxasset:Di xisset'ꝙ Astyages:Si istæc gustaueris tibi erunt iucunda: Et quomodo inquit si has uideo tibi esse fastidio?nam quom panem attingis manum non detergis sed ubi horum quicquam attigeris manum protinus purgas

I acob quom ob certamen factus esset illi dolor circa latum neruum-& neruis ipse abstinuit:& cæteri iudæorum posteri.

P oliadis mineruę sacerdos caseum recentem attingere prohibita est.

A pud Chaldæos in urbe Borsippa maximi sunt Vespertiliones: quos in esum cō diūt.Romani elephantis manū quę pmūscis dicitur mandere cœperunt: Itē & cossos uermes.iā quidē inq̄t Pli.& ī hoc luxuria esse cœpit pgrādes'ꝙ robore delicatiore uti in cibo:cossos uocāt atꝙ ēt in farina saginati ii quoꝙ altiles fiūt

C ato senior quom in populi luxum inueheretur: quàm difficile inquit est uentri uerba facere aureis nō habenti.Vlyxes Homericus ait Alcynoo nihil esse peius uentre & Eumeus uentrē ait fame cōcitatū nullatenus cęlari dissimulare'ꝙ licet

A ues uuas non attingere si uitis radices tactæ sint succo cucumeris siluestris.uuę florem in cibis si gallinacei edere uuas non attingere ait Pli. Oua longa gratio sioris saporis putat Horatius Flaccus:Vlyxi Homerico in odyss.In commessa

tionibus lingua incisa apposita est. (dulgerã

I ndos fame affectos alternis diebus cibos sumere:atq; interea lusui thesseris q; in

DE GENITVRA GENTIBVSQ; MIRIS



R istoteles in homine geniturã septuagesimo anno ait finiri: cõceptum in fœmina qnquagesimo:docet q; ob id hominẽ trigesimũ septimum annũ agentem ducere uxorẽ quę decẽ & septem ãnos nata sit:Masinissam tamen post annos.lxxxvi.constat genuisse filiũ Metimathnum.Catonem exacto octogenario ex filia Salonini genuisse filium legimus.Ad geniturã nõ esse ebrium accessurũ monetPla.ĩ legibus.ĩ genitura a sole spũ:a luna corpus:a marte sanguinẽ.a mercurio ingeniũ.a Ioue desyderium.a Venere cupiditates.a Saurno humorẽ dari.

Muriũ generationem lambẽdo nõ coitu cõstare author est. Aristo.ex una genitos cxx.tradiderunt.Apud Persas uero pgnantes in utero parentis repertas Ex Pli.

C icero lib.primo Tuscul.apud Hypanium fluuium qui ab Europę parte in pontum influit Aristoteles ait bestiolas quasdam nasci quę unum diem uiuant.

Sæpiæ oĩbus mensibus pariũt Elephas biẽnio gestat ĩ utero ait Arist.Sępię & loligines ore pariũt ait Pli.Gorgonas hirti corpis fuisse Hãno pœnaꝝ rex putat.

A egyptiis generandi plures natura dedit & afris quibus gemini partus familiares sunt Ex Columel.apud Mandos fœminæ vii.anno pariunt.

S ylla & Cotta ducesuno cum genitali orti sunt ait Artianus in digest.

M ercurialem herbã inquit Pli.marẽ esse ac fœminã mirum q; est illa mares gigni hac foeminas.hoc contingere si a conceptu succus protinus bibatur in passo.edantur ue folia ex oleo & sale:uel cruda ex aceto.

F estiuissima ẽ illa Luciani conceptio quæ in sura fiebat & item alia quom testiculi plantabantur ex quibus arbor carnea quæ fructus produceret cubitales quos exculpentes in hominẽ effingerent nascebatur

I n Lepidorum familia tres interuulsa tñ serie obducto membrana oculo similes geniti reperiuntur.Plato ait Simũ hominẽ gratiosum esse.naso scuruo regalem nigriorẽ uirilem & album dei filium.pallidũ amantem:

T hebis quidam sunt qui sati dicuntur:quibus cognationis signum est lancea quędam in corpore:qui non habeat nõ uidetur esse ex gente satoꝝ

A pud Meroem Nili ueluti insulam mulieres pręter cæteras mãmosissimę sunt.

P rusia filius Prusiæ Bythiniæ regis superiori ordine dentium unum os æqualiter extentum habuit.Mithridatis filia duplicem dentium habuit ordinem

T roezenium uinum qui biberint negantur generare.

A tlantes in Africa degeneres sunt humani ritus si credimus:nam neq; hominũ illorum inter eos appellatio est:& solem orientem occidentem q; dira imprecatione ut exitialẽ illis agris cõtuenturNeq; insomnia uisunt qualia reliqui mortales

Troglodytæ ſpecus excauãt hę illis domus uictus ſerpẽtiũ carnes ſtridorq̃ nõ

Bacchirii ſiquando a morbo cõualuerint canibus ſe laniandos obiiciũt. (uox:

Blẽmiis dicunt nõ eſſe capita ore oculis pectore affixis. Vide ĩ capite de miraculis.

Heſſenii ab occidentali littore gens ſola ſine fœmina omni tempe ĩ diem ex æquo conuenarum turba uita feſſorum renaſcitur ſine pecunia.

Antropophagi qui Scythię inſident:& indorũ Caſiri humanis carnibus ueſcunt oſſibus humanorũ capitũ bibũt. Azoliæ ppli Eurytanes cruda carne ueſcebant

Therothoæ Trogloditarum gentes natant ceu maris animalia: Nec procul hinc homines ſine ceruice oculos in humeris habentes.

In æthiopia ab oriente gentes ſine naribus æquali totius corpis planicie Alias ſuperiori labro orbatas Alias ſine linguis partem etiã ore cõcreto naribusq̃ etiã carentem uno tamen foramine ſpirantem potumq̃ auenę calamis trahentem

Ex Africa Ptoembari Ptoemphanę canẽ p rege hẽnt motu eius impia augurãtes

Ab occidente Nigrę quorum rex unum oculum habeat in fronte. Cynamolgi caninis capitibus.

In Scythicis inſulis homines pedibus equinis ob id Hippopodes dicti.

Super Andropophagos ĩ conualle Timaui montis Abarimon regio eſt in qua uiuunt ſilueſtres homines conuerſis poſt crura plantis eximię pernicitatis.

Artabatitæ in æthiopia proni ceu ferę eunt quadrupedes.

Supra Naſamonas & machlias androgynas eſſe utriuſq̃ naturæ interſe uicibus coeuntes quibus dextra mamma uirilis eſt ſiniſtra muliebris.

In Africa familias eſſe faſcinantium quarum laudatione intereant probata areſcant arbores.

In Aethiopia genus Pharmacum quorum ſudor tabẽ afferat corporibus tactis.

In India in monte cui nomen eſt milo homines eſſe auerſis plantis octo digitos in ſingulis pedibus habentes: Item eſſe ibi monoſcellos ſingulis cruribus mirę pernicitatis ad ſaltum Eoſdemq̃ Sciopodas uocari qui ĩ maiore æſtũ humi iacentes reſupini umbra ſe pedum protegant. Pli. Iarcas philoſophus indus apud Philoſtr. ait iſtæc in India non eſſe quod ſciat.

Sunt apud indos mulieres quędam a capite uſq̃ ad mammas nigrę ĩfra uero albo Ex Philoſtr. in Apoll.

Charamandorum gentem ſilueſtrem ſine uoce ſtridoris horrendi: hirtis corporibus oculis glaucis dentibus caninis.

Ad extremos indię fines ab oriente aſtonomorum gens eſt: ſine ore corpore toto hirta ueſtiti frondium lanugine halitu tantum uiuens & odore quem naribus trahat e radicibus floribus malisq̃ ſilueſtribus. Super hos Pygmei adeo parui ut a gruibus infeſtentur. Fama eſt inſidentes arietum caprarumq̃ dorſis armatos ſagittis ueris tempore uniuerſo agmine ad mare deſcẽdere:& oua pullosq̃ earum alitum conſumere: uiuunt autem in cauernis.

In Calignis Indię gẽte quinquẽnes cõcipe fœminas octauũ uitę annũ nõ excedẽtes

Apud ægyptum homines texunt onera'q viri ferunt capitibus: fœminę humeris fœminę stantes mingunt viri sedentes. Domi uentrem exonerant: in uiis comedunt Nulla apud illos mulier sacerdos.

In Thracię parte supra Amphipolim homines accipitres'q societate quadam aucupantur ibi ex siluis & arundinetis exc itantaues illi superuolantes deprimūt rursus que captas aues diuidunt cum illis. pud Męotides palud es lupi nisi partē a piscatoribus suam acceperint expansa eorum retia lacerant.

Iberes alunt greges canum quos deucrent ceu ouium nos greges.

Laodicæ Seleuci matri Antiochi uxori uisum est per quietem ex Apollinis concubitu concepisse munus'q a deo accepisse annulum in cuius gemma anchora insculpta esset ita ut annulus in lecto sit inuentus: & anchoræ figura in femore Seleuci nata filii'q etiam nepotes'q eius anchoram in fœmore omnes habuere

Apud Neuros nascitur Boristhenes flumen in quo pisces sunt egregii: & quibus ossa nulla sunt nec aliud quàm cartilagines tenerrimę: uerum Neuri æstatis tēporibus in lupo transfigurantur deinde exacto spacio quod huic sorti attributū est in pristinam faciem reuertuntur.

Aristophanes apud Plato. de amore ait olim homines fuisse ortos duobus cū capitibus quatuor pedibus totidem'q manibus auribus'q oculis'q: & in Iouem coniurasse: quibus quom Iuppiter ne genus humanum deficeret parceret iussit tantū ut medii discinderentur atq ex uno duo fierent: sed quom genitalia in posteriori parte haberent: atq frustra se amplexarentur: Iouem conuertisse genitalia ad anteriorem: atq ita inter se coeuntes mundum implesse.

DE GIBBO ET GIBBEROSIS



Galbæ cuius informe gibbo erat corpus agenti causam apud Augustum: & frequenter dicenti: corrige in me siquid reprehendis Vrbane Augustus ad Gibbum alludens Ego te monere ait possum: corrigere non possum. Hic antequàm duceret uxorem Liuiā Ocellinam: ne quasi inscium falleret gibbum illi ostendit.

Crates thebanus philosophus optanti Hipparchę mulieri illi nubere interscapilium retexit gibbum'q ostendit: peram'q & pallium cum baculo humi deposuit: Eam sibi supellectilem esse dicens eam'q formam: Proinde sedulo inquit consule ne post te pœniteat: Hipparche uero cōditionem accipiēs Iam diu ait sibi prouisum esse satis'q consultum: neq ditiorem maritum neque formosiorem uspiam gentium posse inueniri Proinde duceret quo liberet.

Idem Galba quom orbilium grammaticum in reum testem uellet confundere: & interrogasset dissimulata eius professione: quid artium facis? salse orbilius ad Galbę gibbum alludens in sole inquit gibbos fricare soleo

Gibberoloræ animas male olere ait Aristoteles in poblematis quia ob curuitatem

spiritus retineanturatq; ob id putrescere necesse est. Bubus syriacis inquit Plinius non sunt palearia:sed gibber in dorso.

DE HVMANITATE



Vmanitatem Plato in treis parteis diuidit Alia est quę per salutationem fiat:alia quom ærũnoso auxilium opemue inferimus Tertia quæ conuiuiorum frequenti congressu constat

Gobrias quom Cyro dixisset pstare re militari: sed multo magis humanitate:p Iouem inqt Cyrus multo mihi est iucũdius humanitatis quãm rei bellicę opera demõstrarẽ.quãto canẽdus ẽ elegio frater tuus Iulius & re bellica & humanitate nobilissimus o uirũ illustrissimũ. Hieronymus nepos tuus ex frẽ a me edoctus adolescens ẽ pter rei militaris studiũ adeo humanitatis studiosus ut paucos uiderim aut legerim illo humaniorẽ

Paulus Aemilius quom ad se captiuus Perses adduceretur procumbentem illum dextra alleuauit sermoneq; græco ad spem exhortatus est: ac etiã dignatus mẽsę honore. Quod fecisse Pompeium tigrani restituto etiam regno legimus.

Cæsar quom ex itinere ob uim tempestatis casam paupis ingressus esset ibi unicum lectum uniusq; uix capacem inuenit amicis inquit ex honorato loco cedẽdum est potentibus. Ex opportuno autem iis qui aduersa tenentur ualetudine simul q; requiescere iussit oppium.

Idem conspecto Pompeii capite illachrymatus nimium dicitur Idem Catonis filiis patrimonium integrum seruauit. Huius uiri clementiam longum esset referre. Vide in capite de imperatore

Antonius quom Marci Bruti corpus liberto suo sepeliẽdum dedisset:suum etiã paludamentũ ut honoratius cremaretur addidit:id quem Libertus intercepisset in eũ animaduertit. Quid tu inqt ignorasti:cuius tibi uiri sepulturã cõmiserim?

Traianus qui Neruæ successit efficiis humanitateq; imperatores omneis antecessit:amicis aliquãdo culpantibus illum quod nimis circa omneis comis esset:respondit talẽ se impatorẽ esse priuatis:quales esse sibi impator priuatos optasset.

Photion morti ab atheniensibus damnatus parato cicutę poculo rogatus a filio nunquid diceret: Ego inquit fili tibi mando rogoq; nequid atheniensibus harum rerum memoria irascaris:

Quom Romæ contentio esset de eligendo nouo magistratu: qui postea dictator dictus ẽ ierũt oẽs in eã sententiã ut alter ex duobus cõsulibus (erãt autẽ consl. Cloelius & T. largius) crearet:oẽsq; rẽ electionẽq; ad alterũ electurũ permiserunt collegã:sed tãta de ea re humanissima amicissimaq; disceptatio orta est: ut diẽ totũ absumpserint in mutuis laudibus:uterq; cupiẽs alterũ collegã sibi pręponi ut uix postridie Cloelius potuerit efficere:ut magistratus ad T. largium deferretur. q primus fuit dictator. penes quem erat p semestre oĩs imperii summa

Vespasianus licinium mutianum notę impudicitię:sed meritorum fiducia minus sui reuerentem nunq̃ nisi clam & hactenus retaxare sustinuit:& apud cõmunẽ aliquẽ amicũ querens adderet clausulę.Ego tamen uir sum.Ex Tranquil.sum ptum ex charilao qui quom laudes Archesilai audiret quo pacto inquit charilaus uir non fuerit qui ne etiam improbus molestus est?

Idem Vesp.Demetrium cynicum obuium post damnationem in itinere:neq̧ assurgere neq̧ salutare se dignantem oblatrantem etiam nescio quid: satis habuit Canem appellare.Idem Vitelii hostis sui filiam splendidissime maritauit dotauit'q̧ etiam & instruxit.

H Adrianus imp.patris patrię nomen delatum sibi statim & iteꝝ postea distulit.

Idem conuiuiis amicoꝝ intererat:ægros bis ac ter die & nõnullos eq̃tes Ro.ac libertinos uisitauit:solatiis refouit:cõsiliis subleuauit.Alexãder itẽ seuerus hũanitate in amicos & ægrotãtium uisitatiõe celebratur:& militũ curationũ ĩpẽsa.

Idem apud Tarraconem spacians seruum in se furiosius cũ gladio irruẽtem: cõprehẽsum:ubi furiosum esse cõstitit:medicis curãdũ dedit:in nullo oĩno cõmotus.Hunc Hadrianũ Marius max.crudelem fuisse ait:sed uitium occultasse.

Alexander seuerus Ouinium Camillũ ꝓ impio in se cõspirantem:in palatio recepit:cõuiuio adhibuit:ornamentis'q̧ impatoriis & melioribus quàm ipse utebat affecit.Ab huius latere nemo summouebatur oĩbus affabilem se prębens.

Valerius publicola quom domum altissimam foro'q̧ ĩminẽtem haberet:ab amicis accepit à populo inuideri:q̃a uideretur homines despectare:adhibitis fabris mane domum oẽm demolitus est:atq̧ apud amicos hospitabatur: uisa est admirabilis res po.ro.itaq̧ illi altior atq̧ ornatior domus constructa est.

Dion Syraculanus extimulatus assiduis à militibus uociferationibus ut Heraclidem factiorum in eum'q̧ conspirantem Syracusis è medio tolleret: pręter cæte ra humanissime dicta respondit:si ob inuidiam Heraclides perfidus nefarius'q̧ sit:haud propterea opus esse Dionem uirtutem per iram uitam'q̧ corrumpere.

Pompeius designatus in celtiberos quorum ꝓuintiam tum Metellus hẽbat: dixisse fertur æquum non esse uirum seniorem ac gloria clarum priuari exercitu: sed si metellus annuerit iusserit'q̧ ut curæ socius sit: tũ id prompte susceptutũ.

Alexander macedo loco niuali oppressus:senio iam confectum militem macedonem nimio frigore rigentem ut uidit:ad se uocatum in suam sedem imposuit: ad ignem'q̧ admouit.

Cleomenes rex adeo humanus fuit ut nullum Regium apparatũ secum habuerit:non ianitores:non satellites:sed breui tunica amictus ultro sese uenienti offerens adibat:petentibus comiter benigneq̧ respondens:summa'q̧ humanitate & loqui & audire paratus.

Antigenus Pyrrhi regis caput à filio Alcioneo allatũ texit:corpus'q̧ honoratissime cremãdum curauit.Annibal idem officium præstitit in Paulum æmiliũ ad cannas occisum & tyberium Gracchum in lucania:& marcellũ in Brutiis. Hũc

Antigonum ait Iust. occiso Pyrrho Helenum Pyrrhi filium cum Epirotis in regnum remisisse patris'q; ossa ad sepulturam illi tribuisse.
Clarus humanitate apelles in artis æmulos etiam benignus: Prothogeni dignationem primus Rhodi constituit. sordebat ille suis ut plerumq; domestica.
Alexander Macedo quom Philotas mulierem ardēs omnia secreta effutisset: atq; illa ad familiarē quendam: hæc ad craterū. & ad Alexandrū tādem res delata esset: septē ānos rem traxit nō ipsi ephestioni aperuit. i nullo'q; Philotę uisus ē iratus

DE HOSPITIO



HOspitalitatis nomen sanctissimū Cicero i uerrinis uocat: proinde C. Verrem sacrilegū appellat: quod sthenium hospitē amicū'q; suum omnibus signis tabulis'q; spoliauit.
Sthenius hic accusatus apud Gn. pompeium quod C. Mariū hospitio suscepisset: non modo ab illo absolutus est: sed etiam i eo ipso iudicio pompeius hunc hospitio suo dignum statuit: Nihil enim sāctius hospitalitate: Mānus a Baldis ciuis sūdanus uir plane bonus comis'q; domi me per plusculos dies ægrum nō solum benigne humane'q; suscepit: sed diu noctu'q; uicem parentis gerens: uigilanti labore industria'q; nunquā defuit donec sanitati fuerim restitutus: sua'q; per omne id tempus impensa aluit: ut patri debeam uitam susceptam illi seruatam. ò uirum optimum
Gn. Domitius M. Syllanum consularem uirum accusauit: quod iniuriis Acritomarum transalpinum hospitem affecisset.
Cleomnes Lacedæmoniorum rex amico cuidam subiratus est quod hospitibus conuiuio susceptis uinum duntaxat nigrum & panē igni duratū apposuisset: sicut in lacedęmoniorum celebritatibus quā fiduciam nuncupabant fieri consueuerit. Non enim inquit oportere in hospites tam exacte laconicum morem seruare.
Apud Vergilium Aeneas hospes post coenam ad loquendum inuitatur: Homericus thelemachus in ody. ii. Hospitem pallada primū iubet cœnare: postea loqui
Leuita quidem quom uxorem a parentibus quę ob contentionē cū uiro habitā ad eos confugerat repeteret: hospitatus Gabaæ a uiro bono est: Gabaonitę iuuenes quidam uenustate uxoris leuitę capti in hospitis domum irrūpunt: eā'q; expetunt: restitit precibus primum hospes: sed quom parum proficeret filiam propriam illis obtulit modo hospitem ab iniuria uindicaret.
Euander Argum quempiā hospitio susceperat. ingratus Argus hospiti regnandi causa struxerat insidias: Euādro insidias ignorāte socii depræhenderūt argū'q; occiderunt. Cęterum euander ut erat humanitate insigni & hospitalitatis gratia illi & sepulchrum construxit & locū sacrauit: quod Argilætum dictum est.
Tito Quintio Crispino Badius Campanus hospes erat p familiari hospitio iunctus: creuerat cōsuetudo qd æger Romę apud Crispinū Badius liberalr comi

F aunus quom aduenas hospites patri Mercurio immolaret Herculiq hospitio suscepto insidias strueret ab illo occisus est.

P ythius lydus quom argenti duomillia talentorum: auri uero quadragies centena millia nūmū Darico⁊ septēmillibus munus xerxi obtulisset eunti in greciā hospitioq suscepto: laudās illius hospitalitatē mūificētiāq xerxes: hospitē ī suū fecit atq inqt ne quadragies cētena millia sint impfecta septē milibus te dono.

Menelaus in odys. ait Telemacho redire expetēti: Nō placet si me aut nimis amabit: aut nimis oderit hospes: medium tamen laudo: nam hospitem semel exceptum ut impellere: sic inuitum retinere est malum.

N estor in. odys eundem Telemachum hospitem in inferioribus locat domibus.

S cedasi leuctriāi filię absente pre duos iuuenes spartanos hospitatę: ab illis uino uenereq scalētibus uiolatę: amissa pudicitia supuiuere nolētes mutuis uulneribus cōcidere.

S aturnus à Ioue filio pulsus hospitio à Iano in latio susceptus est: in parteq et regni collocatus quin & in nūmis ēt consortem habuit unde ortum ut Ianus bifrons quom alter ex illis esset Saturnus insculptus sit.

DE HONORIBVS.



Heopompus Laconicus quom Pylii ei maiores honores decreuissent: scripsit mediocres quidem honores tempore augeri: sed excedentes nimiosq euanescere.

Flauius quom ad uisendum collegam suum ægrum ueniret: neq à nobilibus consessum reciperetur sellam curulem afferri iussit. Sella curuli utebantur inquit Ser: li. xi. æn. qui triumphali curru uecti essent: sed & usos etiam eos qui nō triumphassent comperio & dictam curulem è curru quia maiores magistratus curru sedētes deferebantur in senatū.

A gesilaus in gymnicis ludis quom à chori magistro declaratus tantumnon rex in loco minus honesto collocaretur: Euge inquit demonstrabo enim non locis uiros: sed uiris loca effici honorata.

C . Fuluius Flaccus triumphum sibi à senatu ob res bene gestas decretum spreuit: ut urbem intrauit quæstione publica afflictus exilio mulctatus est.

H onores magni qui plaudente populo in Theatro exhibentur ab Horatio tergemini uocantur: Batti Silphium à gręcis pro magno honore dicitur.

S imonides Hieroni apud Xenoph. ait Honorem rem esse nobilissimam: Menelaus apud Hom. Honorem & gloriam à deo esse.

H onoris ædem extra portam collinam cum ara fuisse scribit Cicero libro secūdo de legibus Honoris templum restituenti Vespasiano Cornelius Pinus & Actius priscus pinxerunt. Cicero lib. secundo de natura deorum uides honoris tēplum à. M. Marcello renouatum: quod multis ante annis erat bello ligustico à Q. Maximo dedicatum.

Apud Numidas honoratior in medio collocabatur: Apud Salustium Hiempsal Adherbali assedit ne iugurtha medius foret. Apud Vergilum media inter Aeneam Ascaniumq́ se Dido locat.

DE INVIDIA ET ODIO



Hales Milesius rogatus quo pacto aduersæ fortunæ ictus q̄spiam ferat facillime: si inimicos ait uideat deterius affectos.

Publius Mutium inuidum in primisq́ maleuolum quom uidisset solito tristiorem: Aut mutio inquit nescio quid incommodi accessit: aut nescio cui aliquid boni.

Agis dicente aliquo non nullos sibi inuidere: igitur & sua inquit mala: & tum mea tum amicorum bona illos cruciabunt. Vt uere sit ab Horat. dictum inuidus alterius macrescit rebus opimis inuidia siculi non inuenere tyranni maius tormentum: O miseram inuidorum conditionem.

Caius Furius Cresinus e seruitute liberatus quom in paruo admodum agello largiores multo fructus acciperet: quàm ex amplissimis uicinitas: inuidiam concitauit ceu ueneficiis fruges pelliceret alienas. Quamobrem a Sp. Albino curuli die dicta metuens damnationem: quom in suffragium tribus oporteret ire: instrumentum rusticum omne in forum attulit adduxitq́ etiam filiam ualidam atq; ut ait Piso bene curatam ac uestitam. ferramenta egregie facta graues ligones uomeres pōderosos boues saturos: postea dixit ueneficia mea quirites hæc sunt: nec possum ostendere uobis: aut in forum adducere lucubrationes uigiliasq́ & sudores: ac tandem absoluitur:

C. Caligula tantę inuidiæ fuit ut Torquati statuę torquē Cincinnato crinē. Gn. Pompeio magni cognomē abstulerit. lege in cap. de Dolis Triptolemus

Idem Ptolemęum accersitum e regno exceptumq́ honorifice non alia causa repente percussit quàm quod edente se munus ingressum spectacula hominum oculos fulgore purpurę abollę conuertisse animaduertit.

Ioseph filii quom ex somnio accepissēt Iacob fratrem futurum illis foeliciorem illisq́ imperaturum diuq́ de nece cogitassent: tandem fratrem Arabis mercatoribus uediderunt. ut dictum est:

Domitius Grasso collegæ in censura domum nimis magnificam obiiciēs grauiter increpuit tanti censorem habitare: pro domo eius millia nummorum identidē promittens: Et Crassus in pręsens ingenio semper & faceto lepore sollers cōcedere se respondit exceptis sex arboribus: at ne uno quidem denario si adimerentur emptam uolente Domitio. Crassus utrum ne igitur ego sum inquit quęso Domiti exemplo graui & ab ipsa mea censura notandus. qui in domo quę mihi hęreditate obuenit comiter habitem: an tu qui sex arbores extimes?

Valerius Martialis ad flaccum

Luce propinque3 qua plurima mittit ales Dũ stellę turdos:dũ tibi flaccę paro:
Succurrit nobis ingẽs on rosa'q turba: In qua se primũ q'q meũmq putat:
Demeruisse duos uotũ ẽ:offẽdere plures Vix tutũ: multis mitter dõa graue ẽ
Qua possu3 sola ueniã rõne moerebor:Nec stellę tu des:nec tibi flaccę dabo

Aristoteles quom Isocratem magnam gloriam sibi indicendo comparasse: magnum'q fieri audientium concursum ncssct:turpe est inquit tacere & Isocratẽ pati dicere: se'q ad oratoriam tradidit.

M.Antonius cuidam ex amicis dari iusserat millia.xxv.& decies sextertium procuratore aũt admirante inuidenti'q atq ut magnitudinem donationis ostẽderet in conspectu Antonii pecuniam depromente:rogauit Antonius quid illud eẽt: illo aũt respondente eam esse pecuniam quam dono dari iussisset: conspicatus hoĩs improbitatem:eqdem inqr arbitrabar amplioẽ pecuniã decies sestertiũ cõtinere:hoc uero parũ est:itaq tantũdem si padde: O quot sunt hmõi inuidi nepharii'q procuratores qui quem ipsi accipere nõ mereant: nolunt dari aliis: principum'q liberalitatem qua principes sunt cõperendinationibus tacitis dolis callidis'q diuerticulis in auaritiæ crimen opinionem'q conuertunt.

Cassander Demetrium Phalereum Athenis præfecit: qui quom omnia recte disposuisset:tantum ualuit inuidorum nequitia ut post Cassandri mortẽ ad ægyptum fugere sit coactus:inimici'q eius statuas conflauere.

Antiphilus inuidus æmulus'q Apelis apud Ptolemaeũ cui charus erat Apelles insimulauit quod in Tyro fuisset atq Theodorã apud Tyrum ad coniurationem sollicitasset:& Tyri defectionem ab eo ortam:Ptolemęus adhibita calumniatori fide cœpit Apellem proditorem & coniuratorem appellare: sed unus ẽ captiuis iurauit nullius rei Apellem cõiuratoribus cõsortem fuisse. Ptolemęus igitur dictorum pœnitens centum talentis Apellẽ donauit Antiphilũ'q illi ad seruitium tradidit:hic est inuidorum finis.decet igitur principes bonos non statim fidem improborum uerbis adhibere.

M.Crassus auaros magnis ĩlectabaẽ cõuitiis quom aliq auarissimus eẽt: Is ẽt sui dia scatebat:quomq aĩo angeret ob honores ĩ Põpeiũ collatos:dixisset'q forte qspiã iã aderit Põpeius magnus:arridẽs cũ ĩdignatiõe Crassus.& qtusnã ĩqt ẽ

Valerius Martialis in Ctacilium.

Ad lapidẽ torquatus habet pteria quartũ: Ad quartũ breue rus emit Ctacilius
Torqtus nitidas uario de marmore thermas Extruxit:cucumã fecit Otacilius.
Disposuit daphnona suo Torquatus ĩ agro: Castaneas cẽtũ seuit Otacilius.
Consul Torquatus uici fuit ille magister: Nec minor ẽ tanto uisus honore sibi
Grandis ut exiguã bos ranã rũperat olim:Sic puto Torquatus rũpet Otaciliũ

Themistocles ob honores Miltiadi collatos qd barbaros ĩ marathone superasset tanta inuidia correptus est:ut noctes insomnes exigeret:rogatus'q quam ob rẽ ita excitaretur miltiadis inquit tropheis se excitari.

Aglauros Cecropis athenaʒ regis filia quom inuideret Herse sorori ã Mercurio

amatę,atq; eēt ob īuidiā magno utriq; īpedimēto,a Mercurio ī faxū ē cōuersa

L ycii rustici quom Latonā iunonis irā fugiētem cū īfantibus Apolline Diana'q; fessam itinere,sitim'q; aqua sedare cupiētem:aquā cōculcātes bibere ꝓhiberēt in ranas ab illa cōmutati sunt:utinam inuidos omneis sic liceret conuertere.

P ompeio ob uictam Aphricam triumphum exposcente:ac Sylla repugnante ue luti nimis iuueni nō deberi triumphum:Respondit Pompeius plures esse qui solem orientem quam occidentem uenerentur.

B ion inuido subtristi, Nescio inquit utrum tibi malum,an alteri bonum conti gerit:ut Publius supra.

Manlius Capitolinus Camilli glorię & authoritati inuidēs,factiones in urbe cœ pit concitare atq; auras cū primis populares cōciliare:cuius rei accusatus est:sed uiso omni populo pullato turbato'q; ob manlii captiuitatē: ne q̄s tumultus ex citaretur:uinculis illū senatus soluit:non tn̄ destitit manlius : iterū igitur accu satus,damnatus est:&e rupe tarpeia,unde ipse gallos expulerat,deturbatus,in uidiæ pœnas psoluit.Inuidiā ex parilitate nasci puerbio uulgatū est:ꝑinde He siodus ait,figulum figulo æmulum,fabrum'q; fabro.

A sinius pollio Ciceronis gloriæ uæhemētissime inuidebat:quom ergo Sextilius poeta Cordubensis in domo messalæ Coruini recitaturus pollionem aduocas set:in principio'q; poematis cœpisset.Deflendus Cicero est,latiæ'q; silentia lin guæ:cōsurrexit Pollio:atq; ait,messala tu quid tibi liberum sit in domo tua ui deris:ego istū auditurus non sum,cui mutus uideor:atq; abiit.uerbum aūt cui mutus uideor ad illud respexit latiæq; silentia linguæ.

I nter asinū priapū'q; de mēbri obscœni magnitudine orta contētio est : priapus uictus uictorē interemit.cæterū priapus uir fuit hellespōtiacus omnium homi num mentulatissimus:atq; ob id'a scelestis pro deo cultus.

T helchines tres fuerūt frēs īuidia notatissimiq; uicinoꝝ agris ꝓuētu fertilibus na tura'q; fœlicibus īuidētes:hos aq̄s stygiis sparsisse dicunt ut redderēt infœlices

T .Pulsio:& L.Varenus Cæsaris cēturiones oppugnātibus Neruiis castra Q .Ci ceronis ubi ipsi militabāt:quom diu ānixi eēnt,ne alter alteꝝ rebus bellicis an teiret:datā ostētādę fortitudis occasiōeʒ uterq; arripuit:ꝑulsio.n.q̄d dubitas ait Varene aut quē locū ꝓbandæ uirtutis expectas?hic dies de nostris controuer siis iudicabit.his dictis ꝓcedit extra munitioēs: atq; ī cōfertissimos hosteis erū pit:subsequtur Varenus:traiecto'q; scuto pariter & baltheo ab hostiū ueruto Pul sioni negatur ensē stringere:circūuenitur ab hostibus:accurrit Varenus Pulsio nē q; ꝓtegit:circūuenitur & Varenus.atq; ī subiectū locū decidit.occurrit Pulsio atq; Vareno opitulas pluribus'q; hostiū cōfossis incolūes ī castra se ābo rēcipiūt.

M.Marcellum qui Pompeianas partes fuerat secutus Magius Chilon cōtuberna lis quod'a Cæsare in gratiā receptus fuerat:ob inuidiam sibi præferri ægreferēs gladio confodit.manus'q; mox in se etiam conuertit.

Metellus consul in hispaniis quem Q .Pompeiū inimicū suum successorē mitti

acc̄epiſſet:milites dimiſit:horrea diripi permiſit arcus ſagittasq́ cretenſiũ frãgi.

Dædalus olym architectorũ clariſſimus nepotẽ ex ſorore Talũ erudiebat:is adoleſcens rotã figuli-ſerrã-ac tornũ-quom repiſſet:ob inuidiã ab auũculo cõfoſſus ẽ.ſed q̃a ex Palladis arce deturbatus fuerat miſerata Pallas illũ ĩ pdicẽ cõuertit:

Quidã Dionyſius coghomẽto nũcupatus apud Ptolemęũ regẽ demetriũ Platonicũ ſimulauit q̄d aquã biberet:ſolusq́ nõ ſe cõponeret ad mores delitias q́ regias:

Aſſyriorũ rex gobriã Aſſyriorũ principem tanto proſequebatur amore:ut filiam filio copulare deſtinauerit:miſitq́ filium unicum propter id negocium ad regem Gobryas:ſed quom uenatum iſſet Gobryæ filius cum regis filio:atq́ urſa aduenirſſet:regis filius iaculũ fruſtrã intorſit:Gobryę uero filius ut ſam pſtrauit:ſdoluit ille-ſuidit q́-atq́ quom paria ĩ leõe eueniſſent-iratus regis filius arreptã a uenatore lãceã in pectus adoleſcẽtis adegit:eũq́ uita ſpoliauit:

Caſelius cõſultus a quodã ãnux pinea pomũ cẽtẽrñdit ſi ĩ uatiniũmiſſurus es pomũ ẽ

Erinacei in deſpatiõe urinã ex ſe reddũt tabificã tergori ſuo ſpinisq́ noxiam propter hoc ſe capi gnari:lynces terram effodiunt in qua urinam faciunt quam ſtatim occulunt ut lyncurium lapillus qui ex urina congelatur occultet:

Canariam herbam canes in uenere qua faſtidiũ deducunt. Eam in noſtro conſpectu mãdũt ſed ita ut nũq̃ itelligat̃ q̃ fit. Eſt ĩ alia herba maligniorſ pcuſſus.n. a ſerpente mederi quadam herba dr̃:ſed illã hoĩe inſpectante non decerpit:

Taxantur inuidia græci:achæmenes apud Herodotum.xerxis frater de græcis ita ait:his moribus gaudent:ut fortunato inuideant:& meliorem oderint:id eẽ uerum oſtendit Vlyxis Palamedisq́ exemplum.

Liuius li.v.decad.iiii.nulla inquit ingenio tam prona ad inuidiam ſunt: quam eorum qui genus ac fortunam animis non æquant.Nemo qui ſuæ uirtuti confidit aliis inuidet ait Cicero in philipicis.

Aegyptii quom ĩuidiã ĩuidũue uellent ſignificari in lr̃is ſacris.(nã ea ſigna ſacras literas uocabant)Anguillam pingebant:quoniam anguilla ſimilis eſſet inuido quia nullam habeat cum piſcibus aliis amicitiam.Exemplum mulieris de inuidia eſt in capite de mulieribus C.Imperator.

Aidona Zeti regis uxor quom inuideret Amphionis uxori quod ſex filios maſculos haberet filium Ithilum per errorẽ noctu pro Amaleo Amphionis filio cõfodit:ſed præ dolore conuertitur in carduelem:

Agis Argiuus donante Alexandro riditulum hoĩem & ſcurram ingentibus muneribus o rem abſurdam exclamauit:Iratus rex conuerſusq́ ad eum : quid ais inquit.Tum ille animo angor quod omnes uos ioue natos adulatoribus ridiculisq́ & hominibus nefariis gaudere inſpiciam:

Themiſtocli iuniores q̃dã ob res bñ geſtas pferri uolebãt:atq́ dicebãt ſibi contingere q̄d diei a feſto pximiori qui ſollicitudine angeret feſtus uero dies eum ocio apparatu pfrueretur : tũc themiſtocles ait uera prorſus poſterum diẽ dicere:ſed ſi non fuiſſem ubi nam gentium eſſetis?

Themistocles post pulsum xerxē quom in senatu ꝑtulisset: Athenieses facile uniuersæ græciæ potiri posse impio: si classem lacedæmoniorū cōbureret: Aristides q ob iustitiā iusti cognomē accepit: tanq̄ inhonestum cōsilium respuit.

Hippias Heliēsis quom aliquādiu audisset Socratem multa de iustitia & uirtutē differētē: & in exēplū ut solebat gubernatores, medicos, sacerdōes, ac figulos adducētem: dixisse fertur. rursum eadem ò Socrates? at ille ridēs, & de iisdē inqt: tu.n. ut uideris pp excellentem sapientiam nunq̄ de eisdem eadem dicis: nobis quidem hoc ex optimis unum uidetur: q̄ qui mentiuntur, multa ac dissimilia dicunt: qui uera, aliena à ueris dicere non possunt.

Cato iustitiæ custos acerrimus erat: in cæteris uero moribus mitissimus atq̄ humanissimus. celebrat Iustinus li.ii. scythas iustitia. Strabo Abios thraciæ populos. Iosephus Esseniorum q̄ philosophi erant secta pro iusticia mortē oppetere decorū eē putabat ait. iusticiā à ioue primū instituta ait Diod. li.vi. Fabius maximus apud Liuiū Paulo: & Varroni ita ait: à ueritate laborare nimis ius sæpe aiunt: extingui nūquam: & gloriā qui spreuerint uerā habebunt.

Aegyptii quoties iustitiam seruatam: totiusq̄ corporis custodiam notare uolebant. oculum pingebant.

Theombrocion herbam à Persarum regibus comedi aut bibi contra omnia corporum incōmoda stabilitatem q̄ mentis & iustitiæ eueeari.

DE IGNORANTIA ET VECORDIA:



Elitides adeo uecors excors q̄ homo fuit: ut uix summo studio assequutus sit ut numeraret ad quinq̄ usq̄ nec ultra numerum hunc produci potuisse. Idem omnino uxore quam duxisset abstinebat: uerebatur.n. ne si eam attingeret: illa ad matrē deferret. Amphistides adeo uesanus ut nesciret ex utro parente natus esset.

Aristippus ab eo qui sibi filium cōmendarat quingentas petiit drachmas: cui ille quom dixisset tanti emere mancipium ualere: Eme inquit & habebis duo.

P. Consta professione quidem iurecōsultus cæterū ingenio hebetissimus q̄ sciētiæ. testis in quadam causa ꝑductus: de re interrogatus. se nihil scire respōdit. tū Cicero ad eum Siste inquit: tu fortasse te de iure interrogatum credidisti.

Alcibiades quom statuisset grāmaticæ operam dare: nactus magistrum quēdā non satis eruditū: primū ab eo poemata Homeri petit. Ille āt quom negasset se Homeri quicq̄ habere: non tulit hoīs ignorātiam, sed pugno illū pcussit ac fugit.

Lacon quidam quom Amygdalas duras duplo uendi accepisset quam teneras, urbane an rari ait lapides hic sunt?

Aristippus rogatus quo melior esset euasurus filius, si eruditetur, ut nihil aliud inquit nō sedebit lapis supra lapidem.

P lato interrogatus quidnam inter peritum atq; imperitum interesset: quod inter medicum ait atq; ægrotum. Idem Plato in iis de quibus gratias diis agebat ait quod esset Atheniensis non Thebanus: quoniam thebis essent ingenia crassiora. Lactantius rem hanc ut arbitror ignorans labitur in Platonis reprehensionem: Regionibus.n.ingenia constant. Aristoteles.vii.politi. Nam quæ frigidas regiones incolunt gentes:& quæ per Europam animo quidem abundát: ingenio uero parú hñt: qui uero Asiá incolút ingenio & arte abundát. uide i capite de líis

D iogenes debiles non fœdos aut cæcos: sed imperitos appellabat.

A ristippus præstare dicebat mendicum quàm imperitum euadere. Illic.n.pecuni isthic humanitate indigere.

C oroebus Mygdonius tátæ fuit uesaniæ ut maris fluctus uellet numerare locũq; prouerbio dederit. κορ. ἔαν ἠλιθιώτερος. Famosi item stultitia Mammachutos & Butalion.ex Aristoph.interprete.

Mitio apud Terentium fratri demeę ait. Homine imperito nũquam quicq̃ iniustius est: qui nisi quod ipse facit: nunquam rectum putat:

P liston ix Pausaniæ filius rhetore quodam Atheniense imperitos lacedæmonios appellante: recte dicis inquit: soli.n.græcorum nihil à uobis mali didicimus. Ex Plutar.in lycurgo .in Apoth.uero uocat Antalcidam.

P hilosophus qui la mait Diuus Hierony.magnum quippiam uolebat rustico persuadere: uix dum dimidium dixerat: atq; ille intellexisse dicebat.

DE IVDICIIS IVDICIBVSQ.



Icinius fimbria consularis iudex additus M.Luctacio Pinthiæ nũquam iudicium pronuntiatione finire uoluit. Cicero li.iii.off. Fimbriam inquit consularem audiebam de patre nostro puer: iudicẽ M.Luctatio fuisse equiti Romano sane honesto: quom sponsionẽ fecisset ne uir bonus esset: itaq; ei dixisse Fimbrá se illá rẽ nunq̃ iudicaturũ.ne aut spoliaret fama pbatũ hoiem si cõtra iudicasset: aut statuisse uideret uirũ bonũ aliquẽ eẽ quom ea res innũerabilib⁹ officiis cõtineat

P hilippus Macedo cuiusdam Macheræ cám iudicaturus: quom dormiens parũ intẽdisset: illũq; cõdemnasset: Macheręq; puocare se clamáti quom diceret: ad quẽ puocas? atq; ille ad te b rex: si uigilás audieris. Expergefactus cognita cá Macherá cognouit iniuria affectũ. iudiciũ nõ rescidit: s; litis æstimatõẽ ipse psoluit

A ntoninus pius imp.ut ab eo si male senserit puocaret sanxit authore Vlpiano li.xlviii.dig. Seneca in prou. Iudex damnatur quom nocens absoluitur:

H ippodamus Milesius unumquenq; iudicẽ tabellá adducere iubebat: in qua simpliciter scriberet si condemnaret sententiam: sin absolueret simpliciter uacuum.

A ntonius censor quom in censura aliorũ uitia acriter inspiceret: suorum'q; (ut fit) obliuisceretur. accusatus ambitus à M.Duronio: Vrbane mancia ait aliquãdo

Antoni tibi tuum negocium agere licebit.

M. Flaccus multis probris obiectis Scipioni Nasicę: quom parū crediturus. P. Mutium iudicem tulisset. Eiuro inquit Scipio inimicus est: quom esset ad murmuratum a senatoribus: subdit Scipio: At inquit patres conscripti nō ego ait mutium illū inimicum mihi adiuro: admirantibus patribus addit: uel omnibus.

A lexander Seuerus ut Encolpius eius familiaris dicere solebat: si unquam furem iudicem deprehēdisset: paratum habere digitum ut sibi oculos erueret: Fuit'q tanti stomachi in eos iudices qui furtorum fama laborarent, etiam si damnati nō essent: ut si eis casu aliquo occurreret: stomachi coleram euomeret: toto uultu excandescente: ita ut nihil posset loqui.

C ambyses Persarum rex quom accepisset iudicem quēdam iniustum iudiciū tulisse pellem illi detraxit: sell ę'q ubi cæteri iudices essent iudicaturi iudicis q ēt filius sessurus eēt extēdere illā iubet. de iudiciis ægyptiorum uide in capite de magīstrati.

B ias philosophus dicere solebat se malle inter inimicos q amicos iudicare. nā ex amicis alterū prorsus futurum inimicū: ex inimicis aūt alterū amicum fore.

Q. Calidius M. calidii oratoris pr̄ ex ptura hispaniēsi accusat⁹ a gallis: quom sensisset iudicibus pecuniā cōtra se datā: in eos iudices q paruo precio corrupti eū dānauerant: exclamauit: uel idoneā inquit mercedē pro meo capite pacisci debuistis. Seneca in puer. Bene perdit nummos iudici quom dat nocens.

S myrnea mater familias: quom uirum filium'q ex uiro se'q conceptum cōfecisset: quod ipsi optimę indolis iuuenem ex priore marito ortum trucidauerāt: Apud dolabellā q tū cōsul erat i Asia accusata ē. At Dolabella ca'ę cognitiōem utpote ambiguā ad Areopagū relegauit. Areopagitę quoq nō minus sapiēter egerūt: cōspecta. n. cā: & accusatorē & reā post centū ānos ad se reuerti iusserūt.

B unas qdam Atheniēsis quom illi controuersiam calydonii & Elei iudicandā detulissent: contenuisset'q ut donec sententia pronunciaretur manibus tēperarent: de industria rem distulit: nec unquam de lite pronunciauit.

F ilia quædam matrem fuste occiderat: qa infensa filię nepotes ueneno sustulerat accusata apud Popilium lenatem: neq damnata ab illo, neq absoluta est.

L ysander quom ad Hammonis templum concessisset sacerdotes grā corrumpēdi: ut aliquid oraculi cōtra Alcibiadē lacedæmoniis psuaderent. sacerdotibus incorruptis: & ex iis qbusdā ad illū accusandū Spartā missis: absolutus tñ est. & qa erat in fatis lacedęmones libyæ fore aliqn̄ incolas: abscedētes sacerdotes moleste'q ferētes Lysandrū absolutū esse: nos o Spartani aiunt rectius faciemus iudicium quom apud nos libyam habitaturi ueneritis.

A lexander macedo orante accusatore alteram manu aurem solebat occludere: ut ipsa reo conseruaretur.

H adrianus iudicii adeo studiosus fuit: ut per iudices scrutādo semp uerū inueniret.

C ygnus Neptūni filius hemiteę & Tenę pr̄ nouercā liberis iduxit: sed tādē insimulatus est tenes a nouerca quod eā de stupro iterpellasset: pater uxori credēs

Tenem Hemitheã'q; sororẽ quę fratri comes isse expetiit in capsam iclusos in mare abiecit. Ea i isulã leucophrenẽ q̃ postea a Tene Tenedos dicta ẽ: delata fu it. sed is Tenes nactus loci ipiũ istituit ut in tribunalibus assisteret: q̃ securi in ca put accusantis sustineret: ut calũniãtes ꝑmus ꝑcuterent: qd̃ posteri sequuti sũt

Cyro admodũ puero ꝓposita cã fuerat à ꝓceptore qui iustitiam illum edocebat i hũc modũ. è duobus alter puer maior corpore cui tunica parua. alterum mino rem cui tunica magna esset. exuerat: sua'q; illum induerat. illius tunica se iduto Cyrus quom iudicasset recte illum fecisse. qui tunicam commutauerat. utpote quia utriq; data esset recta tunica à praeceptore caesus est. quod male iudicasset nam in iudiciis sua cuiq; debent reddi.

Theognis mulier ab adolescente quodam in aegypto misere amabat. quae quom ab illo utpote quẽ sui amore irretitũ uidebat. multũ auri quotidie peteret: for te euenit. ut adolescens in somnis illa potiri sit uisus: atq; ois illa cupiditas qua antea uexabatur. illo somnio extingui sit uisa: id quom Theognidi innotuisset: ab adolescẽte pecuniã ob libidinẽ eius expletã petebat: recusantẽ dare in iudici um traxit: Bocchores audita cõtrouersia statim iubet adolescẽtem tm̃ numera re auri q̃tum illa peteret. atq; I uas inferri: id'q; deinde spectãte Theognide ma nibus uersare: nã censuit ut quẽadmodum amator cupitae rei opinionẽ tm̃ ha buerat: sic mulieri auri imaginẽ referri solã. Caeterũ hoc Bocchoris iudicium a Lamia meretrice dãnatum est: qa quom illud adulescẽtis somniũ desyderiũ ab stulisset: nõ tm̃ auri umbra imago'q; Theognidis cupiditatem restinxerit.

Cicero interrogatus post Caesaris uictoriã cur i iudicio ꝓtiũ'q; electiõe errasset: ꝓ cinctura iqt me decepit. iocatus i Cęsarẽ q ita ꝓcigebat ut trahẽdo laciniã ueluti mollis incederet: adeo ut sylla tãq̃ ꝓuidus Põpeio dixerit: caue tibi illũ puerꝫ ma

Apud aethiopas nemo ẽt dãnatus morte punit. sed lictor mortis si (le ꝓcinctũ. gnũ ad reũ mittit: quo accepto reus sibi mortẽ cõsciscit: nec licet mortem exilio cõmutare: ferũt quẽdam misso ad se mortis signo cogitasse ex aethiopia fugere: quod praesentiens mater zona ad filii collum posita strangulauit.

Aulus Varus iudex confessori dicere solebat: quom datis testibus alii citarentur: aut hoc testium satis est: aut nescio quid satis.

Quintilianus li. vi. inst. quom irasci iudices, fauere, odisse, misereri coeperũt: agi iã rẽ suã existimãt. & sicut amãtes de forma iudicare nõ p̃nt: qa sensum oculorũ ꝑmit amor: ita oẽm ingrẽdę ueritatis rõnẽ iudex amittit occupatus affectibus.

Iudices teste Paediano i leges iurabãt. iudicũ albũ dicebãt tabula alba i q̃ iudicũ noia scribebant. iudicia prius p senatores agitabãt: postea Tyberius Gracchus legẽ tulit. ut ex ordine equestri iudices treceti eligerẽtur: ut par numerus eũ se natoribus cẽt: laudatissimi i iudiciis Minos & Rhadamãtus: & Aeacus & Boc chyris rex Assyriorũ: Bias Prienẽsis: & Predicus q̃dã in iudiciis exhibẽdis cir ca isames. Panis rex Chalcidis q ẽt Hesiodũ nescio q̃uo Homero ꝓtulerit. Boe tii. Bataui. iudex malus apd̃ Lucill. Lupus de cuius nece iter deos cõsultatũ est.

Chameleonti uiuenti linguam exemptam qui habeat iudiciorum euentum foelicem putat Democritus assecuturum.

DE INGRATITVDINE:



Ompeius magnus quom Marcellinũ ad Cæsarẽ iclinãtẽ cognouisset quis de eo optie eẽt meritus. Multa illo in senatu dicẽte: nõ pudet Marcelline inqt male mihi dicere: p quẽ e muto eloquens: e famelico uomens factus es?

Plato quem ab Iudice accepisset xenocratẽ discipulũ multa in eũ ipie dixisse: istaret q̃ idex: rñdit nõ eẽ credibile: ut quẽ rãtope amaret: ab eo sulcẽ ñ diligeret. Egyptii pter ceteras natões erga bñmeritos de se grati sunt.

Cicero quom I Sicilia q̃sturã magna cũ itegritate ac diligẽtia administrasset: sibi putabat rumores de nulla re maiores quã de sua q̃stura hẽri a romanis. Veniẽs igitur e Sicilia Puteolos: quo multi e romanis cõuenerãt: putãs oẽs gratulabũdos ad se uẽturos: egressus e naui circãq̃ balnea pfectus: ciues romãos I corõa stãtes colloquẽtesq̃ offẽdit. Illi stati I eũ tũc primũ uenientẽ cõuerti: q̃sierũt qua die roma exisset: & nũqd ibi eẽt noui: qd Cic. p quã fuit molestũ

Eũdẽ Ciceronẽ Aulus Gabinius repetũdaꝝ reus sũmo studio ab eo defensus: cõsul factus urbe expulit. P. Vatinius duobus iudiciis publicis a Cicerõe adiutus illius dignitati semp fuit isensus. M. Popilius lenas adiutus a Cicerone in re capitali: nec re nec uerbo q̃dem ab illo lesus: ultro M. Antoniũ rogauit: ut ad illũ pscriptũ iugulãdũ mitteret. Missus caput Cicerõi detrũcat: & Romã q̃ alatriter

C. Cæsar orator Sextilium a Syllanis accusatum defendit: sed is postea cynnanę pscriptionis profugus. ad Sextilium confugit: a quo proditus est (aduexit)

Cretani Romanos qui ad eos cõfugerant: occupata a Gallis urbe: item uestales cum igne ppetuo quom diligentissime seruassent: gallos et in Sabinis fuderũt sed ob in curiam rectoꝝ neq̃ gratię illis actę a senatu: neq̃ ciuitate donati sũt.

Catullus Luctatius Cimbriaco in bello Marii collega: quem aliqñ Marium saluti et reddidisset: ab eo postmodum proscriptus est.

Caligula Macronem: ipsamq̃ Enniam adiutores imperii occidit. ut est dictum:

Maximinus thrax quom ob fortitudinem ab Alexandro seuero ad magnos paulatim honores euectus eẽt: & seuerũ igratissimus occidit: & impiũ sibi occupauit.

Clesides pictor quom nullo honore a Stratonice Regina exciperetur. uoluptatẽ cum piscatore pinxit: quoniam piscatorem reginam sermo erat amare. Eamq̃ tabulam in portu Ephesi proposuit: ipse uelis raptus est.

Augustus æs alienum cuiusdam senatoris sibi chari nõ rogatus exoluerat numerato quadragies: At ille pro gratiarum actione hoc solum scripsit: mihi nihil?

Hamilchar Carthaginẽsis cognomẽto rhodãus uir facũdia sollertiaq̃ isignis missus ad Alexandrũ magnũ sub exilii specie a Carthaginẽsibus: ut aium regis p scrutaretur: eũq̃ carthaginẽsibus idicaret: oĩa diligẽter exequutus: Post Alexãdri

mortē Carthaginē reuersus.a Carthaginēsibus & īgratis & crudelibus necat.
Agesilaus ingenti odio insectabatur:siquis beneficiis lacessitus ingratus extitisset
Claudius imperator ingratos publicauit:& de quibus patroni quererentur reuocauit in seruitutem.Seneca in prouer.ingratus unus miseris omnibus nocet.
Calliam Antistitem quom barbarus quidam errore comæ coronęq; captū p rege adorasset:atq; magnū auri pondus a barbaris effossum ostendisset:Callias accepto auro hominem ne res ad alios deferretur immanissime trucidauit.
Decem prętores athenienses post partam contra lacedęmones uictoriā apud Arginussas ui tempestatis acti suorum corpora sepulturæ tradere:nō potuerūt:sed quom uenissent Athenas:pro triumpho damnationem supplicii pertulerunt.
P.Sulpitius adiutus plurimum a Catone rebus in omnibus in petitione consulatus Catoni competitor adhæsit.
Gneus Carbo quom Gn.Pompeium de paternis bonis dimicantem aliquando protexisset:ab eodem postea occisus est.
Xerxes quom nauigās in Asiam se reciperet:relicto Hydarni exercitu,pcella agitatus:gubernatorē rogauit:num aliqua salus esset?Et quom ille dixisset nullā cē:nisi uectores abirēt:Tum xerxes uiri persę ait:nūc aliquis uestrū declaret se curā habere Regis.Hęc ubi dixit multi ex illis rege adorato prosiluerūt in mare:leuata q; naui icolumis ī Asiā xerxes appulsus:ut pmū ē naui descēdit gubernatorē corōa aurea dōatū ob s̄uatā ei9 salutē:qd uero mltos pdidisset decollauit
Pœni sæpe a Romanis superati præsidium a lacedæmoniis petierunt:qui xantippum ducem miserunt cuius consilio romanus exercitus fusus est:Regulus q; captus.Cæterum ingrati ducem cum multis militibus merserunt.
Miles Philippi macædonis ob uirtutem illi charus:quom ex naufragio in uillam macædonis cuiusdā miser inops q; se recepisset:a dño domi lecto q; p benigne exceptus:semianimis q; recreatus ē:q.xxx.diebus ipēsa sua curatū uiatico & iuuit abeūtem ac dicētē grām tibi repēdā:uidere tm̄ ipatorē meū cōtingat:narrauit miles naufragiū Philippo subsidiū hospitē q; tacuit.qn petiit ut hospitis illius pdia sibi dōaret:dōauit Philippus:sed mox p lrās scūs a macędōe de re certior:ita exarsit ut stati priori dño bōa reddi iusserit.militi q; igratissi.stygmata inus
Q.Cęcilius a L.Lucullo plurimis muneribus affectus:eū hæredē relictū (scriterū sæpius iactauerat:ānulis ēt suis traditis cæterū moriēs Pōponiū Atticū reliquit hæredē.idē fecit T.Varrolus Lētulo spinteri & M.Popilius oppio gallo.
Narcissus qa Echus amātis amori nō respōderit in florē cōmutatus est.Crocus Asmylace amatus illā quom cōtemplisset in florem & ipse est conuersus.

DE INERTIA IMBELLIAQ.



Yberius quem biennium pedē porta nō extulisset pręterq̄ ad propinqua urbi oppida:per iocum καλλιπίδης callipes uocatus est.quom cursitare ac ne cubiti unius mensuram excedere prouerbio gręco notatum est:Meminit prouerbii Cicero:ad atticum:licet alii καλλιππίδης legant.

Lysander lacedęmoniis segniter Corīthiorũ muros oppugnātibus: quom lepore ẽ fossa uidisset exiliētē. eos sqt rietis hostes quorũ fertia lepores i muris dormiũt?

Neuius quidam quom iners socors'q͂ esset festiue per annominatiōem Scipio in illum iocatus est: quid inquit hoc Neuio est ignauius?

Antalcidas spartanus quom Atheniensis quidam iactaret diceret'q͂: sæpe etenim uos à Cæphiso fugauimus: Nos uero inquit uos nunquam ab Eurota.

Pompeii imbelliam Cicero urbanissime taxauit: Dicentibus enim se sero ad Pōpeium uenisse respondit minime sero: nam nihil hic paratum uideo. Idem dicebat quem fugiam habeo: quem sequar non habeo.

Scipio quom in Alexandriam uenisset: pedes'q͂ in urbem accederet: rex'q͂ cũ aliis propter desidiam corporis'q͂ molliciem uix sederet: Scipio ad Panetiũ mur murans ait. Iam Alexandrini aliquid uoluptatis fructus'q͂ ex nostra peregrinatione perceperunt: Nostra namq͂ causa regem suum ambulantem uiderunt.

Salinator quom ob eius incuriam Tarentum à Romanis defecisset: arcem tamẽ retinuit: quom uero aliquot post annos Fabius Maximus oppidum pulso Annibale recepisset: rogaret'q͂ eum salinator ut meminisset opera sua se Tarentũ recepisse: Quid ni inquit Fabius meminerim? Nunquam ego recepissem. nisi tu amisisses. Ex Cicer. de ora. Plutar. in Gabio M. Lucium uocat:

Empedocles in eũ mirmillonem qui retiarium insequebatur: nec feriebat iocatus: uiuũ inquit capere uult. in Plutonis æde funarius pictus quantum funium cōtorserat tantum asinus manderet prę ignauia: meminit Plutar. de Tranquil.

M. Militius. Cn. Lollius. L. Sextius triumuiri: quom ad incendium in sacra uia orum extinguendum tardius uenissēt. à tribuno plebis die dicta damnati sunt.

Cicero quom qdā à Cæsare ad Pōpeiũ trāsfugisset: diceret'q͂ pp celeritatē equũ reliquisse: ad Pompeii exercitus ibelliam alludens Melius ait equo consultũ ẽ.

Tigranes quom esset à Syris in regnũ uocatus ubi Antiochus Ciricœni filius regnabat: accessit: decem'q͂ & octo ānos potitus in qete est. (nā Antiochus in angulo Ciliciæ se receperat): uicto uero Tigrane Lucullus regnũ Antiocho restituit: quod postea Pōpeius ademit: Rogitanti'q͂ se daturũ negauit illi: qui. xviii. annis quibus Syriam inuaserit: in angulo Ciliciæ latuerit. uicto'q͂ à Romanis tigrane alieni operis pręmia postulet.

M. Portius apud Salustiũ uigilando ait: agēdo bñ cōsulēdo: psпere oīa cedũt: ubi socordię te atq͂ ignauiæ tradideris, neqq͂ deos implores: irati infesti'q͂ sunt.

Hercules quom suis sacris Pinariũ potitium'q͂ pfecisset, atq͂ pactis ab ambobus matutinis sacris: ad uespertina a Potitio extis iā redditis Pinarius aduenisset: iratus Hercules sacris Pinarium summouit: statuit'q͂ Potitiorum familiam celebraturam sacra: Pinariorum uero ministram fore sacrorum.

Olor rex quom Dacas aduersum Bastarnas male pugnasse sciret, sanxit ob segnitiei ultionē ut Dacę capēt sōnũ capita loco pedũ ponētes: ministeria'q͂ uxoribus q͂ ipsis ante fieri solebāt facerēt. Qui locũ in acie deseruissent apud eos hosti'q͂

tuim Tyrannidem:Ea'q; res Alexandrum seuerum imperatorem nõ latuisset: Vocato ad palacium Ouinio gratias primo agit ac laudat quod curã reip. quæ recusantibus bonis adderetur:sponte reciperet. Alexander patri ait: Homerum duas regias uirtutes ponere fortitudinem & iustitiam.

Sylla quom archelaum Mithridatis præfectum ad proditionem uocaret atq; ille abhominaretur qui autea Syllam corrumpere temptauerit:ut capiens a Mithridate pecuniã naueis'q; bellum Romanis patriç'q; inferret: ait:tu quom sis Archelaus Cappadox & Barbari regis seruus seu mauis amicus ad ea bona acquirenda turpitudinem subire denegas:Mihi autem qui sum & Ro.pop. imperator & Sylla de proditione uerbum audes facere?

Anteas Scytharum rex hinnientem equum potius quàm ismeniam canentem p̃cupere audire dixit:sed exempla fortitudinis sunt repetẽda in cap.de fortitudinẽ

IVSTVM Antigonus dicẽte quopiã oĩa eẽ regibus honesta & iusta:Per io uẽ inqt ita barbaroꝝ regibus nobis ã t ea dũtaxat honesta quæ honesta & eã (iusta q̃ iusta

Traianus oĩ tempore omnibus iura reddebat audiebat'q;.Item Augustus authore Suetonio Scipio in audiendo benignus:in respondendo facundus in cõciliandis hominibus egregius artifex.

Samuel propheta ex dei iussu I Betleem uenerat:ut Iesse filium ungeret:regem'q; crearet: atq; ille unum ẽ filiis procerum pulchrum'q; regem futurum putabat: consultus deus respondit:ego nõn corporis pulchritudinem ac speciem apicem facio esse regium:sed animi sine controuersia uirtutem:ille siquidem perfecte pulcher est qui pietate & iustitia simul & fortitudine:necnon & obedientia splendidus est.Sed ẽ multis Iesse filiis Dauit qui oues custodiebat regem fecit. Reges Iquit Hom. nõ machinas æratas'q; naues sed iustitiã exercere custodire'q; decet

Calisthenes Sicyonius iudicem qui in uictoria sibi contradixerat coronauit.

Pisistratus Tyrãnus apd Areopagitas citatus iudiciũ subiit:ut ẽ in cap.de iustitiã

Augustus Proculum ex acceptissimis libertis mori coegit compertum adulterare matronas.Pædagogum ministros'q;. C. filii per occasionem ualetudinis mortis'q; eius superbe auare'q; in prouintia grassantes oneratos graui pondere ceruicibus præcipitauit in flumen.

Taprobane regem siquid delinquat morte mulctari:nullo interimente: sed auersantibus cunctis & commertia sermonis etiam negantibus:Sed & Iustitiç exẽpla ex cap.de Iustitia sunt repetenda

Alexander macedo captus Rhoxanes Oxyatræ filiç amore quom inter bello captas puellas saltaret.uim nõn intulit.sed uxorem duxit. SEVERVM

Alexander Seuerus imperator aurum & argentum raro cuiquam nisi militi diuisit:nefas esse dicens ut dipensator publicus in delectationes suas suorum'q; cõuerteret:id quod prouintiales dedissent.idem'q; nõ multum auri ad insignia apparatum'q; regium neq; etiam serici deputabat dicens imperium in uirtute esse non in decore.

I dem quod pedibus æger bellum moraretur:idq́ mi'ites anxie ferrent-filiū q́ eius Bassianum Augustum faceret-tolli se iussit:atq́ in tribunal afferri:adesse q́ omnes tribunos & centuriones quibus authoribus id acciderat: Sisti deinde filiū qui Augusti nomen acceperat:quom q́ animaduerti in in omneis authores facti pter filiū iuberet:rogareturq́ oībus añ tribunal pstratis-caput manu cōtingēs ait. Tandē sentitis caput imperatoris non pedes:ad ualetudinē.s.pedis alludēs

C leomenes dicente quodam oportere bonum regem omnino mitem esse:eo usq́ inquit dum contemptui non sit.Sed de ea re in capite de Seueritate plura exempla inuenies. GRAVEM

L acon quidam quom Carillus rex 'a quodam laudaretur quonā inqt modo bonus esse uir potest:qui ne in malos quidē acerbus est?

T hemistocles parta bello nauali uictoria quom interfectorum cadauera ad mare uiſēda accessisset:ut armillas passim torquesq́ abiectos aspexit:amico qui eum sequebatur collige tibi inquit-Tu enim themistocles non es.

A lexander seuerus nemini quod facturus esset indicabat: atq́ ita pū silentio fines barbaricos inuadebat. MAGNANIMVM

A gesilaus quom decem millia hostium occidisset: aduersarios q́ intra Corinthū compulisset:hortātibus multis ut urbem expugnaret-negauit id suę uirtuti cōuenire:se enim cum esse dixit:qui ad officium peccantes redire cogeret. Anaxilaus rex quid esset in imperio foelicius interrogatus beneficiis inqui non superari

I ulius cęsar iturus in Afranium se ire dixit in exercitum sine duce:in pompeium uero ad ducem sine exercitu.

A mmianus marcellinus ait in imperatore munus animi exigitur:in milite fortitudinis-Cyrus apud xenop.yii.Principem ait non decere esse inferiorem intelligēdo:quæ opus sunt-neq́ gerendo quę tempus expostulat.

I ulius Cæsar cessantibus copiis quas sussequi iusserat-frustra sæpe accersitis noctu clam paruulum nauigium ingressus est:neq́ aduersę tempestati gubernatorē cedere passus est:dicens Cęsarem uehis.

Cyrus monitus 'a Clearcho ne se in pugnę periculum admitteret-respondisse dicitur:quid ais Clearche:iubes ne regnum appetentem regno me indignū ostēdere? sunt huiusmodi plura exempla in cap.de fortitud. LARGVM

M ycipsa apud salustiū ait iugurthæ non exercitus neq́ thesauri pſidia regni sunt sed amici quos neq́ armis cogere neq́ auro parare queas-officio & fide pariunt Cyrus uero apud xenop.ait Crœso At ego dum amicos diuites reddo.hos mihi thesauros esse puto & custodes tū mei ipsius-tū meoꝝ bonoꝝ longe fideliores:quàm si pſidiarioſ milites pfecissem:Dion de regno qs enim amico in suscipiendis laboribus impigrior? Q uis promptius gaudet in prosperitatibus? 'a quo suauior laus?a quo ueritas iucundior? quæ custodia: quod munimentum quæ arma meliora firmiora beneuolorū custodia? Alcamens rogatus quomodo optime regnum seruaretur.si multi ait non fecerit lucrum.

Miserat Darius legatos cum regiis ad Alexandrum literis p redimendis captiuis quibus decẽ millia talentoꝝ cunctã Mesopotamiam filiæq́ matrimoniũ· tum amicum se sociumq́ futurum pollicebat.quibus inter æqualeis suos cõmunicatis·Parmenio si alexãder inquit essem·has ego conditiones acciperem:cui subridens alexander & ego medius fidius ait si Parmenio: BENEFICVM:

Vespasianus imperator & si esset non parũ auarus Dicebat tamen non licere quẽquam 'a uultu imperatoris tristem discedere: idemq́ uoluit in perducendis columnis plebem pasci ut infra dicetur:

Artoxerxes inopi rustico aquam manibus haustam porrigenti lætatus phialam auream ac mille daricis donauit:Idem quom sibi malum punicum insignis magnitudinis 'a paupere datum esset.Per solem inquit ciuitatem ex parua magnã si eius fidei credatur hic quàm celerrime redigere posset. LIBERALEM

Alexander seuerus thesauros repertos iis qui repererant donauit·Idemq uectigalia urbibus ad proprias fabricas deputauit.

Idem illi qui nihil petebat:Quid est ait quod nihil petis? an me tibi uis fieri debitorem?Pete ne priuatus de me queraris.

Cęsar usus magna liberalitate in ueteranas legiones· in pedites singulos super bina sestertia·in equites uicena quaterna millia . Populo præter frumenti denos modios ac totidem olei libras·trecenos quoq́ nummos exhibuit.

Alexander macedo filiis cæsorũ ĩ bello contra persas·agros·munerũq́ tum priuatorum tum publicorũ immunitatem concessit.Idem indoluit uxorẽ Darii mortuã quia benignitatis ostentãdæ argumentũ amiserat:Idem renuẽtibus potius quàm postulantibus munera tristior erat·scripsitq́ ad photionem atheniẽsem eum minime ęstimaturum amicum deinceps:si sua repudiet congiaria:

Idem quom ęs alienum quód macedones cõflauerãt dissolueret Tarrias quidẽ falsum creditorẽ subiiciens depręnsus de consciscenda sibi morte cogitabat:nisi alexander crimine liberasset & insuper argentum ferendũ tradidisset

Seruius Galba ĩ iudicium uocatus quod p Gn.Pompeio in tertio cõsulatu pecuniã spopõdisset quom sedẽti Cæsari dixisset. C.Iuli Cæsar p Pompeio magno quondã genero tuo spopondi:Cæsar pecuniã soluit. CLEMENTEM

Alexander seuerus quom ĩprobantes eius humanitatem crudelitatẽq́ mammea mater·uxorq́ mẽmia sulpitii cõsularis uiri filia:Catuli neptis sępe dicerent:molliorẽ tibi potestatẽ & cõteptibiliorẽ ĩperii fecisti:respondit:sed securiorẽ atq́ diuturniorẽ quod etiã dixisse Theopõpum infra dicetur:Alexander macedo ob Ephestionis clientis mortẽ triduo abstinuit cibos HVMANVM Q.

Arbaces rex quom Belesus magnam auri argentiq́ partem in Babylonem cum Sardanapali cineribus misisset:& ob id accusatus cõuictusq́ esset 'a iudicibus mortiq́ destinatus: non solum Beleso pepercit:sed alportatum aurum condonans pręfecturam Babyloniorum 'a principio concessam habere iussit.

Alexander quom poro indorum regi uicto obtulisset se daturum quicquid pete

retatq; Porus ut regie tractaretur petiisset:subridens Alexander. Id quidem ait tibi uel mea causa facturus sum:

Idem Alexander tātæ fuit clemētię ut Darius inuidēs pcaretur adiis ut aut supaturus esset alexandrū clementia:aut si is regno spoliaret solus Alexander in Persarum regno imperaret.

Izates Diabenoꝝ rex quę ad illū cōfugisset Artabanus Parthoꝝ rex suiaq; occurrisset priuatus esset pedes q; psiluit ex equo:atq; illū cōsedere iussit:uolēs ip se pedes ire

Iulius Cæsar L. Vibulliū Rufum Pōpeii pfectū bis captū remisit.

Dauid rex quom pestem in Hierosolymas ab angelo immitti cognouisset ad dominum clamauit:rogauitq; ut ipse qui pastor erat plecteretur: & greges qui nihil deliquerant:seruarentur:sed pientissimus dominus & pastori & ouibus pepercit. Nam principis est uirtus maxima nosse suos:

Alexāder rex Dario occiso nō statī sacra diis fecit:adēpta q; sibi clamyde defunctū texit.

Iulius Cæsar elementia mira in hosteis rebelleis q; semper fuit:ut merito marius geminus apud illum dixerit, Cæsar qui apud te audent dicere: magnitudinem tuam ignorant:qui non audent humanitatem.

Idem. C. memmii cuius asperrimis orationibus non minore acerbitate rescripserat:etiam suffragator mox impetitione consulatus fuit. Idem Petreio & Afranio in Iulianos sęuis atrocissimis q; deprēsis pepercit. Acie Pharsalica proclamauit ut ciuibus parceret:Acerbe loqntibus satis habuit pnunciare ne pseuerēt

Scipio quom mandonius indibilis q; ei misissent legatos pacem expetentes, ueniam q; deprecantes, quanuis quantum facinoris in po. ro. admisissent intelligeret:tamen nō minus decorum putans hostem clementia quàm armis superare regulis pepercit. Celebratur Augustus clementia.

Cicero li. iii. de legibus Nam & qui bene impat paruerit aliquādo necesse est: & q modeste paret uidet q aliqndo impet dignus esse. Itaq; oportet & eū qui paret sperare se aliquo tpe impaturū: & illū qui impat cogitare sibi breui parendū esse

Hadrianus quom præter cæteros inimicos quos in priuata uita habuerat, quēdā postq̄ factus est imperator inuenisset quanuis capitalem:Euasisti inquit.

Agesilaus quom accepisset e lacedæmoniis octo, hostium uero decem millia in pbo occubuisse:Hei tibi grępia inquit quandoquidem ii qui oppetierunt satis fuerant qui uiui ommes pugnando superassent.

Tarquinius priscus latinos rebelles uictos clementer egit, neq; agris pecuniisue mulctauit idem in Etruscos clementiss. PARCVM. Repete exempla in cap. de Abstinentia. SANCTVM PATIENTEM SIMPLICEM. Cicero de legibus Ego autem noblium uita uictu q; mutato mores mutari ciuitatum puto:quod perniciosius de rep:merentibus uitiosi principes. qd nō solū uitia cōcipiūt ipsi sed ea infundūt in ciuitatē:plus q; exēplo nocēt quàm peccato. & ibi L. Lucullum accusat cui quom probro daretur quod nimis magnifice uillam Tusculano ædificasset, duos dixit se habere uicinos equitem & libertinum:quo-

rum quom essent magnifieę uillę:cōcedi oportere sibi ait. 'a Ciceröe mutuatuš Claudianus ait in cōmune iubes siqd censes ue tenendū:primus iussa subi tunc obseruantior æqui Fit populus:nec ferre uetat: qd uiderit ipsum Authorē paref sibi.cōponitur orbis Regis ad exēplum nec sic inflectet sensus Humanos edicta ualent:quàm uita regentis. Agesilaus in publico esse gaudebat. Putabat.n turpiter degentē tenebris gaudere. Pindarus dicebat morē omniū esse regem.

Porus indię rex dicēti cuidā Dariū regē appellatū esse:at uir inqt appellatus nō ē

Plato dicebat beatas esse resp. quæ ab illis regerentur:qui aut ipsi saperent aut sapientiæ incumberent.

Antigonus admirātibus amicis qd senex mansuete rebus uteret:quem aliter iuuenis esset usus:prius inqt mihi potētia opus erat. Nūc uero glia & beneuolētia.

Iulius Cæsar. C. Caluo post famosa epigrammata de reconciliatione per amicos agenti ultro ac prior scripsit. idem Valerium Catullum de iniuriis satisfacientē eadem die adhibuit cœnæ.

Vespasianus mechanico grandes columnas exigua impensa perducturum in capitolium pollicenti: pręmium pro commento non mediocre obtulit. operā remisit: pręfatus sineret se plebeculam pascere in fame.

Aegyptii reges simplici cibo utebantur ac nihil nisi uitulo & anseribus statuta etiam uini mensura.

Tyberius imperator præsidibus onerandas tributo prouītias suadentibus rescripsit boni pastoris est tondere pecus non deglubere. Xenophon scribit Cyrū dicere solitū similia esse opera boni pastoris & boni regis unde mutuatus Tybe.

Augustū tātę parsimōię fuisse. ut ne toro qdē cubuerit nisi hūili & modice strato.

Manius Curius iurauit se ex pda nihil attigisse:pter guttū faginū:quo sacrificaret

Fabritius bellicosos impatores plus q̄ paterā & salinū ex argēto habere uetabat

Agesilaus quicquid apponeretur suauissime comedebat: & quicquid uini offeretur quàm iucundissime bibebat:

Cato senior iter faciens solo ministro comitatus qui secum ad uictum necessaria ferebat ibat. Huic uel prandiū uel cœnā ministranti nunquā succensuisse Catonē auiūt. Is etiā Cato solebat cum suis sedere atq; eodē uti pane:eodē q; uino uesci

Dion de regno simplicitatem ac ueritatem regium quiddam putant fraudem uero & astutiam rem stultam ac seruilem ait.

Ariston laudante quodam Cleomenis responsum qui rogatus quid oporteret bonum regem facere:dixerat amicis quidem benefacere:inimicis male:Et quanto inquit melius est ò bene amicis benefacere:inimicos uero sibi conciliare.

Anicula quadam rogante Demetrium ut se audiret & respondente eo:sibi ocium non esse:Tum anus in illum alta uoce conuersa Ne etiam regat inquit.

Cicero nunciāti cuidā amicos Cæsaris tristes esse:ut hanc cęsari inqt maleuoli sūt

Theopompus quem ab uxore sibi obiiceretur qd esset humilius regnū filiis traditurus q̄ ipse accepisset:Eo igitur inquit maius quo diuturnius. Quod mutuatus

Alexander seuerus idem dixit:

Antigono qui animum converterat ad liberandas è tyrannorum manibus athenas: quom quidam ex amicis dixisset ut si eam occupet urbem ualidis praesidiis firmet: dixisse illum ferunt beneuolentiam semper usum optimum regni fundamentum uerissimum'q; praesidium.

Minutius magister equitum partitus cum Fabio maximo copias: quom esset ab Annibale circunuentus: accurrens Fabius & Minutium seruauit & multos ex hostibus occidit: Tū Annibal cōuersus ad amicos. Nō ne sępe uobis ƥdixi montanam illā nebulā imbrē innes aliqūdo em[illegible]surā? Sed iā ad reliqua de impiis

Iulia Nouerca Antonii Caracalę dicente Antonio uellem te uxorem ducere si liceret: respondisse fertur: Si libet licet. Annescis te imperatorem esse: cuius leges est dare non accipere?

Nero ingymnicis musica decertauerat: rogatus 'a Tigillino Apollonius: quid de Nerone sentiret: melius inquit sentio quàm uos. Cantare enim uos dignum illum putatis: Ego autem tacere.

Numantini quom 'a Scipione in fugam essent uersi: 'a senioribus castigati quia quos toties fugassent fugerent: quendam 'e iuuenioribus dixisse ferunt: Pecora quidem etiamnum eadem sunt: sed mutatus est pastor.

Apollonius rogatus à Babylonię rege quomodo tuto regnare posset. si multos inquit honoraueris: paucis uero crediderit.

Antigonus filio nimis superbe in subditos se gerēte ait, ignoras ò fili regnum nostrum non ferè aliud esse quàm seruitutem glc[illegible]riosam.

Solon in rebus magnis administrandis difficile dicebat esse omnibus posse placere. Ex Plutacho qui ait in Timoleone ministri enim serui'q; multorum sunt. nōmen uero duntaxat principum sortiuntur.

Saturninus hortantibus militibus ut imperium susciperet ita ait, Nescitis amici quantum mali sit imperare, gladii ut appendentes ceruicibus immineant: hastę undiq;: spicula: ipsi custodes timentur: ipsi comites formidantur: non cibus pro uoluntate: non iter pro authoritate: non bella pro iudicio: non arma pro studio

Rex subtilis iudicii traditū diadema: priusq̄ capiti iponeret retentū diu cōsiderasse ac dixisse dr̄: o nobilē magis quàm fœlicē pannū quē siqs penitus cognoscat q̄ multis sollicitudinibus: piculis: & miseriis sit refertus ne hūi qdē iacētē tollere uellet

Dionysius Syracusarum tyrannus quom ex eius assentatoribus Damocles com memoraret copias eius: opes: maiestatē: dominatū: negaret'q; unquā beatiorē quē quā fuisse: uis ne igit inqt ò Democle fortunā: expiri meā? quom se ille cupere dixisset: iussit hominē in aureo lecto collocari: ad mensam'q; pueros delectos ministrare: mensæ conquisitis epulis extructę: in hoc medio apparatu fulgentē gladium 'e lacunari seta equina appensum demitti iubet: ut impenderet Damoclis beati ceruicibus: sed ille nō ministratores spectabat: nō argētum: nō manū porrigebat in mēsam: tyrannum'q; exorauit ut abire liceret. qm̄ beatus esset nollet

Dioclitianus dicebat:nihil difficilius quam bene imperare:Otho sæpe dicebat mihi credite mori malim qu'am imperare.

Simonides apud xenoph.In Tyrannide quom Hieroni Siciliç tyranno dixisset potiorē esse regū uitam quàm priuatam:utpote quæ singulis sese expleat cupiditis uoluptatibus:Hiero respondit uoluptates ipsas melius sentiri in uita priuata.Nā ut de libidinosa uoluptate prius dicatur:ostendit maiorē uoluptatē concipi à priuatis siqñ potiuntur amica:quia spontaneus sit atq; mutuus amor nō coactus:quā Tyrānoꝝ q coacto aut empto potiūť amore:De uoluptatibus ciboꝝ ait:regibus nullā unq̄ esse famē præ patinaꝝ multitudine & ob id semp acidis uesci:In uita uero priuata semp subesse famē:delectationē'q; ppea ciboꝝ maiorē:Addit pręterea multa incōmoda:regni appetentiam alioꝝ:Inuidiam suspicionem:metum,angorem & iis similia:quibus tyranni affliguntur:Tyberius impator de impio ad senatū ita scripsit qd scribā uobis p.C?quomodo scribam?aut quid omnino non scribam hoc tempore?Dii me deę'q; peius perdāt quàm quotidie perire sentio.sed Hieronis uerba apud Xenophontem sum uisus ascribere.Potus ait ac somnos non aliter quàm insidias caueo:timeo celebritatē omnium:timeo solitudinem:timeo incustoditos aditus:timeo ipsos custodes:neq; inermes illos habere uelim circa latus:neq; armatis confido.

Hadrianus dicere solebat misera est conditio imperatorum.quibus de affectu tyrannidis nisi occisis non potest credi:Ex uolcatio in audio.Id etiam antea dixisse Domitianum Tranquillus ait.

Corbis & Orsue regis filii ut ait Valerius:ut autem Liuius patrueles.mortuo rege de regno decertabant,Scipioni illorum iras lenire:ac regnum cui legitime deberetur restituere studenti Corbis maior natu facile assentiebat.Orsue uero uiribus maior:regnum appetens:certamine singulari uoluit experiri utri 'a fortuna regnum adiudicaretur:quom igitur manus consererent Orsue occiditur:iustas'q; pertinaciç pœnas pependit mitiori fratri.

Darius Persarum rex alteri ex filiis Artoxerxi regnū,Cyro alteri filio urbes qbus prçfectus erat legauit:Sed cyrus imperii cupiditate occultum bellū fratri parabat.Res nō latuit Artoxerxē:sed p dissimulatiōem fratrem accersitū cōpedibus aureis uinxit:occidisset'q; nisi à matre prohibitus esset.Ex Iust.lib.y.Sed apud Plu artoxerxē à Cyro confossum legi Hom.ii.Rapsod.Nō bene ait regi posse remp.multoꝝ imperiis.Cicero qd' est apud Ennium nulla sancta societas:nec fides regni est:Quod Lucanus mutuatus:Nulla fides regni sociis:o'is'q; potestas impatiens consortis erit.Columella ait ne in brutis qdē eē regni societatē

Laborantibus Athenienlibus ex annonę caritate Periander quęstor urbanus triticum parce suppeditans largitionem'q; surripiēs.regnum affectare uisus à populo saxis obruitur.Quod passum esse Cinnā apud Ro.ait Plutar.in Paral:

Arisba molossoꝝ rex quom regni incremēta Philippi Macedonū regis affinitate aeqsiturū speraret.Olympiada sororē dat uxorē Philippo:cęteꝝ ab eodem re

guo pulsus in exilio consenuit.

Idem Philippus electus a duobus Thraciæ regibus ac fratribus iudex: parato exercitu ambos regno de quo certabatur spoliauit.

Demades orator Atheniensis nolentibus atheniensibus diuinos honores Alexandro præstare: ut fuerant iussi. Videte inquit athenienses ne dum cælum custoditis: terram amittatis: hoc est dum inficias itis alexandrum in deorum referre numerum: urbs uestra ab illo diruatur.

Iulius Cęsar sterile in alpibus ꝑtergrediens oppidulū: amicis dicētibus an illic de principatu cōtentiōes eēnt. Cogitabūdus astitit: Postea mallē inqt hic eē primus quã m romę secūdus. Idē dicer solebat si ius uiolādū ē uiolādū ē regnādi causa

Aegyptii reges suos summa ueneratione obseruant: nã sine diuino numine illos tantum imperium non credunt assequutos. Nestor apud Hom. in Iliade monet achillem ne cum agamemnone contendat cui principatus a Ioue datus sit. Constantinus dicebat imperatorem esse fortunæ est. ut ex regilliani exēplo liquebit.

Imperatorū crebras mutationes nimiū obesse exēplo Iosephi liqt l. xyiii. Antiqs quendã ait uulneratū fuisse ad cuius uulnera quom multæ ut fit muscæ accessissent. quidã uiator miseratus hominis calamitatem. ratus q qd ꝑpter nimiã imbecilitatē nō posset a se muscas abigere, alterius q ope ob id egere iterrogat nū possit pferre muscaꝝ tediū, an uellet depelli? respondēs ille mihi ait ãplius damni importas, si has fugaueris, hę inqt iam sanguine expletę nō ita mihi sunt molestæ: quin aliquanto remissius insistunt. Si uero his pulsis aliæ famelicæ accedunt ita illud inuadunt uulnus. ut etiam si intereant non possint effugari.

Antiochus rex Asiæ quom a Scipione uictus Tauro tenus monte regnare iussus esset: omnem q Asiam quam Romani prouinciam fecerunt amisisset: Dictare solebat, benignum sibi a po. ro: esse factum quod nimis magna procuratione liberatus, modicis regni terminis frueretur.

Regillianus dux in illirico ꝑ iocos factus est impator. Nã quom Valerianus tribunus dixisset: Regilliani nomen unde credimus dictū? alius q respondisset a regno: alius uero q aderat scholasticus grãmatice inflectens ait rex regis regius, regillianus: milites ergo inquiunt potest esse rex? Item alius ergo potest nos regere? item alius deus tibi nomen imposuit. atq quom mane illuxisset creatus ē imperator: atq ex solo nomine fortuna subscribente imperator factus est.

Quæritur inquit uopiscus in Aureliano quæ res malos principes faciat, iam primum licentia, Deinde rerum copia: amici præterea improbi: Satellites detestandi: eunuchi auarissimi. Aulici uel stulti uel detestabiles: & quod negari non potest rerum publicarum ignorantia: Quid multa? ut Diocltianus ipse dicebat Bonus. cautus optimus uendit impator. Tibi uero princeps optime Mecœnas istęc uenditio timenda non est: tū quia olã singulari calles prudētia: tū uero qd nō nisi comites aulicos q uenerabiles adhibes: & ut taceã ceteros qs modestior elegantior Cęsare imperatore iuuene extra omnem ingenii aleam posito: quē

tu non immerito diligis pientissimeq; foues quom apud se nihil habeat antiqui-us uirtute:nihil iucundius quàm omnia in te officia reddere cumulatissima:is tuo usus patrocinio tuo fretus auspicio ita optimus euasit: ut nihil boni i eo iā ueni prorsus desyderetur.

Apud ægyptios nullus seruus regi astabat:sed nobilium sacerdotū filii. tū ultra xx.annos natitum doctrina præ cæteris eruditi:ut eo℞ præsentia motus rex ni hil turpe committeret. Mane surgens rex omneis epistolas legebat. Homer.in priami comitatu ucalegonem & Antenorem senes apponit.

Aratus Philippo respondit nihil esse fide & beneuolentia firmius. Periander qui regnare uelit dicebat curare oportere ut magis beneuolētia quàm armis firme-tur. Cyrum Cambysi filio in morte id dixisse ait Xenophon.

Persarum regum mos fuerat ut ab uno cubiculariorum summo mane ad to℞ ac cedente excitaretur:his uerbis. Surge rex & negotia cura. Indeq; regē dormiē-tem siqua fœmina occiderit:munus habet.ut cum illius successore iungat. Re-gi interdiu dormire non licet Ex Straboy. Homer.li.ii.Iliad. Somnum sub Ne storis forma ita Agamemnonem dormientem allocutum ait. Non decet uirū primarium cuius tutelæ populi commissi sunt.in cuius cura tanta pendent re-rum momenta solidam dormire noctem.

Thythraustę offerenti Agesilao quam plurima:si ex Asia decederet: rñdit Agesi laus ò Thythrausta Pulchrius esse ducimus principi exercitum quàm seipsum locupletari:& ab hostibus prædam.potius quam dona capere conari.

Decet autem principem assentatoribus aures omnino non præstare. Alexander. dum adulatoribus aures patefacit ueros amicos clisthenem:Parmenionē:Phi lotamq; pdidit. Hierō quom aliquot ex amicis occidisset post paucos dies Epi charmum ad cœnam uocauit:qui assentationis studio ait At pridie quom ami cos immolares me non uocasti. (iter faciebat

Sesostris ægypti rex equo℞ uice reges ad currū adiūgebat:atq; ita p urbē uectus

Cyrus dicebat neminē debere imperare qui subditis non esset melior:Principēq; nō decere eē inferiorē intelligēdo quæ opus sunt:neq; gerēdo q̄ rēs expostulat

Minoa q in iustitia magnā gloriam sibi comparauit:Iouis familiarē uocat Hom

Apud ueteres in regū summo sceptro Ciconia:In imo Hippopotamus pingebat ut p Ciconiā pietatē i mēte hēre meminissēt: (Ciconia.n.parētes i senecta alit.) Per Hippopotamū feritatem ac superbiam quæ sub pedibus essent habendæ:

Ruffus de magistratibus scribit regnauerūt romę annis.ccxliii.reges septem: co̅ti sules à primis illis Bruto & Publicola usq; ad Pansam & hircium fuerunt nu-mero.DIII.lxxii. Defuerunt romæ conss.annis duobus sub decemuiris:sub tri bunis militaribus ānis tribus:Sine magistratibus roma fuit ānis q̄tuor: ab oc tauio Cæsare usq; ad Iouinianū impatores fuerūt.xliii.p annos.ccccyii. Impato res ideo ro:dictos pp exosum regis nomē inquit Appianus: Impium trāslatū roma Cōstantinopolim à Cōstantino imperatore.atq; deinceps ipāte ipatricē

Hyrene diuisum cum Carolo francorum rege: Sed & Constantinopoli desiit i Roberto imperante in occidente Othone.iii.Illud etiam notandum Ioannem Hierosolymę Regem Federico imperatori filiam matrimonio collocasse in do tem dato Hierosolymæ regno:Hinc ortum est ut reges Neapolitani qui regnū id rite habuerint per Federici successionem reges Hierusalem dicerentur.

R egum Ro.statuas in capitolio ait: Pli. fuisse. Imperatoris insigne erat chlamys purpurea reliqua communia.

P rincipis geniū siqs peierasset pœna mulctabatur ait iurecons. principes senatū īgressuri statim sacrificabāt. Vnde Cęsari ī curiā ituro sacrificāti cor ī exis defuit

R eges in fœderibus percutiendis amicitia societate'q firmanda consueuerant dextras implicare pollices'q interse uincire:nodo'q perstringere.mox ubi sanguis ī artus extremos se suffuderit:leui ictu cruorem eliciebant inuicē'q lambebant Id fœdus arcanum dicebatur ait Tacitus lib.xii. Catilinam cum coniuratis sanguinē humanū bibisse memoriæ proditum est.Lege in cap.de induciis:

P riscorum hominum tyrannides inquit Herodotus erāt in re nummaria exiguę ita ut ipsi regi sua uxor cibaria coqueret.

I mperatores extra urbem consueuisse sepeliri historię habent & propterea solū imperatorem ex omnibus Traianum in urbe sepultum asserunt. Petituri prouintias imperatores ab æde martis deducebantur ex Augusti sanctione.

A lexander macedo quem leuitate & cursu plurimum præstaret:hortatus a patre Philippo in Olympiis ut curreret:abnegauit dicens.Facerem equidem mi pater perlibenter si cum regibus currendum foret:

R egum eam esse consuetudinem ait Probus in Datame ut casus aduersos hominibus tribuant secundos fortunæ suæ:

C onstantinus imperator taxatur quod delatores omni tēpore ut ait Ammianus admittebat:accusatur & Domitianus a tranquil.

I mpator inqt Dion ab īprobis nūquā dona accipiet:quoꝫ sciat nec diis iniustoꝝ hosum uota & sacrificia placere.apud Carthaginē duo regesquot ānis creabāt

A spidi dentes alligatos pellibus caprearum ceruinis neruis mites pręstare dominos:potestates'q exorabiles ait pli.lib.xxyiiii. (ait Pro.

R egnasse primum apud mortales Phoroneum scribit Lactantius.

P yrrhus Epyri rex rogatus:num Python an Caphisias melior sibi musicus uideretur:respondisse dicitur Pelipercenta ducem meliorem sibi uideri: quasi diceret:quod ea duntaxat regem quęrere & intelligere deceret:

A pd Syracusas principes secundū literaꝝ ordinē eligebāt Dionysius senior.m. literā sortitus ē:dicente uero quodam:morio es Dionysi:monarchę inqt erimus ex plu.apoth.apd alios legi cōcionaturos literaꝝ caracteribus solitos designari.

A theniēsis hospes apud Plat.de legib.yii.ponit dignitates impandi.primā quom parētes natis impant:ii:quom generosi ignobilib.iii. quom senes iunioribꝫ iiii. dñi seruis.y.potētes ībecillioribꝫ.yi:prudētes ignorātib .yii.electi sorte ab ea repulsis:

DE INIVRIIS


Niuriarũ duo genera ponit Cicero I officiis: alterũ eoꝝ q̃ inferũ
alterũ q̃ nõ ꝓpulſant ſi poſſunt. item quæ ex ira & quę conſulto
Apud ęgyptios ſiquis iniurię que à latronibus iter facientibus fie
ret:nõ ſubueniret ſi poſſet. reus erat mortis: ſi auxilium ferre non
poſſet:accuſare latrones tenebatur:iniuriamq́ꝫ accuſatione proſe-
qui:qui ea neglexerit:& plagis ad certum numerum plectebatur:
triduoq́ꝫ carere cibo cogebatur. Sed quia alii ulciſcendas alii ferendas iniurias
putant exempla addam in utranqꝫ partem: ſed omnino præſtabit non inferre.

M. Cato quom à quodam in balneo per imprudentiam percuſſus eſſet:eidem ſa-
tiſfacienti dixiſſe non memini me percuſſũ:dr̃ laudat & Tranquillus Veſpaſianũ
offenſarum minime memorem.

S ocrates dicebat peius eſſe iniuriam facere:quàm accipere. Apud Plato.in Gor-
gia ubi in ferre iniuriam maximam eſſe malorum etiam ait.

A rchelaus quom ad ultionem ab amicis incitaretur contra eum qui reſperſerat il
lum aqua:At qui ait non me reſperſit:ſed quem eſſe putauit.

E paminundas ferebat patientiſſime iniurias. menedemus ab alexino conuitiis la
ceſſitus beneficiis illum fouit Dictum eſt de C.Iulii humanitate in cap.ſupiori.

P ublius pulcher inceſti crimine à tribus lentulis accuſatus:unum ex iis ambitus
poſtulatum reum patrocinio protexit.

M urena quanuis à Catone fuiſſet accuſatus: tamen à percuſſoribus in foro toga
protexit ut in capite de conſtantia eſt.

T eleclus ad fratrem ciues criminantem quod aſperiuſ ſecum quàm cum illo ſe ge
rerent:Tu namqꝫ ait iniurias pati neſcis. Demoſthenes in eum qui cõuiciis laceſ
ſebat. Non deſcendã ĩquit ad id certamen in quo uictus uictorem præſtat.

P hotioni quom paratum eſſet uenenũ. rogareturq́ꝫ à quopiam nunq̃d filio dici
uellet ſuo:uolo equidẽ inq̃t:ne illatę mihi ab atheniẽſibus iniurię reminiſcatur.
Seneca Iniuriaꝝ ait remediũ eſt obliuio dixi de Photione I cap.de humanitate

T hraſibulus quom populum Atheniẽſem à triginta tyrannis pulſum reſtituiſſet
plebiſcitum tulit ne prę teritaꝝ reꝝ fieret mẽtio legẽq́ꝫ αμνηστίαν.i.obliuiõis tulit

A nacharſis philoſophus admirabatur:quid ſit quamobrẽ grę ci aduerſus eos qui
iniuriis laceſſant legẽ ferentes uindicent:Athletas qui ſe inuicẽ feriant honorẽt:

A riſtippus à Dionyſio conſputus patienter tulit: Eam iniuriam quom quidam
ęgre ferrẽt:Piſcatores inq̃t ut Gobiũ capiant:mari patiunt aſpergi:Et ego ut ce-
tum accipiã nõ patiar ex creationẽ? Sene.ait magnaꝝ uiriũ eſt negliger̃ lędẽtẽ.

I uba querẽte quodam quod ab illius equo eſſet aſperſus. Feſtiue quid tu ait me
Hippocentaurum putas? quoniam non ab illo ſed ab equo eſſet conſperſus

Marcellus accuſatus à ſiculis quom abſolutus eſſet rogatus ab illis ut inclientelã
eos admitteret clementer excepit.

M. Antonium fugientem in bello Actiaco quom preter cęteros Euricles lacedęmonius insectaretur: uehementer'q; infestaret. rogatus ab Antonio quis is esset qui fortunas suas tam cupide insectaretur. Ego sum inquit Euricles lacharis filius: qui Cęsaris fortuna paternas iniurias ulciscor. (Latharis enim ab Antonio Latrocinii damnatus percussus fuerat.)

Orta apud locros contentione inter Plemminii milites ac militū tribunos quom ad arma esset concursum: expedisset'q; deinde uirgas Plemminius in tribunos: indignati in Plemminium impetum faciunt: ac lictoribus primum indignum in modum mulctatis: ipsum a suis seclusum deprensum hostiliter lacerant: & prope exanguem naso auribus'q; mutilatis relinquunt. Re intellecta Scipio e messana locros uenit: atq; audita causa tribunos in uincula coniectos: ut Romam ad senatus mitterentur: relinquit: ipse messanam redit: Cęterum Plemminius neglectam a Scipione suam iniuriam ratus: tribunos attrahi ad se iussit: laceratos'q; omnibus quę pati corpus ullum potest suppliciis conficit.

Demiphon rex quom ex oraculo quot annis uirginem nobilem chersonensem Dis penatibus sacrificaret. matusius quidam negauit filiam immolatum iri: nisi regis filię in sortem coniicerentur. Indignatus Rex matusii filiam extra sortem iugulauit: sed longo tempore post: tanquam iniuriarum oblitus matusius Regi se beneuolum ostēdebat: rogauit'q; ut ad solemne sacrum una cum filiabus ueniret: Tū rex nihil mali suspicatus: filias pmisit: qd quom exoptāte matusio accidisset: filiā regis occidit: sanguinē'q; uino mixtū uenienti patri propinat.

Aelius malitiā Formianus libertini filius ultimę senectutis: L. libonem apud cēsores accusabat: in eo certamine quom Pompeius humilitatem ętatem'q; ludēs ab inferis illum ad accusandum remissum dixisset. Non mentiris inquit Pompei: uenio. n. ab inferis: sed quom illic essem uidi cruētem Gn. Domitium Aenobarbum deflentem: quod summo genere natus: integerrimę uitę: amātissimus patrię: in ipso iuuentutis flore: tuo iussu esset occisus. uidi pari claritate conspicuum Brutum ferro laceratum: querentem id sibi prius perfidia: deinde et crudelitate tua accidisse: Vidi Gn. Carbonem acerrimum pueritię tuę patris'q; tui defensorem in. iii. consulatu: cathenis quas tu iniici iusseras uinctum: uidi eodē habitu & quiritatu tuo prętoriū uirū: Perpēnā sęuitiā tuā execrantē: oēs'q; eos una uoce indignantes: quod indēnati sub te carnifice adulescētulo occidissent.

Solon rogatus quę optime ciuitas habitaretur: illa inqt in qua nulla affecti iniuria nō minus q̄ iniuria pvocati psequunt iniuriam: & eius q intulerūt ulciscunt.

Archidamas quom qspiam Perillā laudaret qd in oēs pariter mitis esset. Equo inquit modo iustus quis habetur: si in improbos quoq; sit mitis?

Pollux quendam Castorem fratrem irridentem pugno occidit: passus'q; etiam ē alterna morte fratrem redimere: res est notissima.

Diocles Pisistrati regis megarēsiū filius stuprata p uim uirgie a frē puellę occidit.

Iustinianus Cōstantini filius pulsus impio a leone. naribus'q; ēt detrūcatus est.

Q.

sed is recuperato imperio:quoties defluentem rheumatis guttam naribus detergebat:toties pene ex iis qui contra eum fuerāt aliquem iugulari præcipiebat.

Quom lucumo Aruntis sui tutoris uxorem uitiasset:facto'que impetu adiutrice adultera Aruntē domo expulisset:ille in Galliā fruges uinum'q; optimū aduexit allicendę in Italiā barbarę gentis gratia.quod opinionē nō fefellit:nam dulcedine potissimū uini galli capti alpeis transiere Italiam'q; inualere:Ex Liuio.li. y.d.p Plinuero li.xii.quom Eliquo qdam ex Heluetiis fabrilem ob artem romæ commeratus ficum siccam & uuam:olei ac uini præmissa remeās secum tulisset Gallias habuisse causam superfundendi sese italiæ inquit.

Alexander Seuerus quom aliquē emēdaret dici iubebat: qd' tibi nō uis alteri ne feceris:idē quom aniculā quādā à milite iniuria affectā cōpensisset: exauctoratū cū militia seruū aniculę dedit:qui quom faber carpentarius esset:eam pasceret.

Brasidas quom aliquando manum in caricis immisisset:atq; 'a mure morsus eēt Pape inquit ut nullum est animal tam pusillum:neq; tam inualidum:quod lacessitum non cupiat se ulcisci.

Agesilaus quom murem qui 'a puero uinctus trahebatur conuersum momordisse eū:atq; aufugisse uidisset. astantibus inquit quom minimū animal iniuria affectum afficientes ulciscitur:quid uiris faciendum sit consyderate.

Antigono extincto quom occisores eius omni iniuriarum genere in subditos uterentur:Agricola quidam agrum fodiēs:rogatus quid nam faceret: Ego inquit suspirans Antigonum quęrito.

Egles Samius athleta mutus:quem ci uictoriæ quam adeptus fuerat titulus & præmium eriperetur:indignatione accensus uocalis euasit.

Gelon tyrannus Syracusanus Syagro legato ait Hospes spartiaca cōtumeliæ homini factę solent irritare indignationem.

Actius interrogatus cur causas non ageret:quom in tragœdiis eius tāta uis sit:ut hanc ait q; illic ea dicerētur quę ipse uellet:in foro essent dicturi aduersarii quæ minime uellet.

Achilles apud Homerum ita ait Patroclo.Etenim ita natura comparatum est: ut prorsus indigne feramus ac uehementissime conturbemur quoties quis hoc ipso quod antecellit potestate:alium præmio fraudare uelit: præsertim parem genere,conditione,fame,uirtute.

DE INIMICITIIS.



Sylla interempto Lucretio Ofella inimico:accitis in concionem ciuibus hac usus est fabella.Pediculi rusticum arantem memorderant:ille bis aratrum deponens uestem perpurgauit.iterum uero morsus:ne sæpius ab opere cessaret uestem igni imposuit.sic ergo uti iis persuadeo.ne tertio ignem experiamur.

C icero urbane Cæsaris parti Pompeii partem imparem esse indicauit tum alibi, tum dicente Nonio (quom Pompeius fugisset) adhuc aquilas septem apud se esse: ac iccirco bono esse animo hortante: bene inquit moneres si cum graeculis nobis bellum foret.

C atone ostendente ficum prægrandem atq; recentem in senatu: dicenteq; tam ꝓpe nobis hostes sunt (uenerat.n.ficus illa Carthagine) monenteq; delendam eē ppea Carthaginē. Scipio nasica intercessit: hec uideri sibi ait delēdā Carthaginē Romani.n.ob fœlicitatem elati, quom hostis deesset: futurū ut ad delicias sese applicarent. quod omen uerum fuisse scripta indicant.

Metellus macedonicus audita Scipionis Africani morte (licet essent inter illos tē statæ inimicitiæ) concurrite inqt ciues mœnia urbis nostræ euersa sunt.

Scipio Aemilianus Metello mortuo quem hostili animo insequebatur: liberis di xit: ite filii celebrate exequias nunquam.n.ciuis maioris funus uidebitis.

C icero nunciata Vatinii morte cuius author parum certus dicebatur: int erim in quit usura fruamur.

L aconum rex quom laconibus polliceretur urbem se esse euersurum: quę lacedę monios sæpe molestia infestasset: non permiserunt ephori, dicentes ne destru as tollas ue iuuenum cotem.

C icero audita subobscure Vatinii morte quem Ouinium illius libertum interro gasset: recte ne oīa? dicente illo recte: urbane Cicero mortuus est ait.

S aul iudæis omnibus quos cœpisset aut qui fide data ad illum confugissent dex tros oculos eruebat: quod ideo faciebat ut sinistram partem uultus scutis cælā tes, ad bellandum forent inutiles.

A ntisthenes dicebat sollicite obseruandos inimicos: primi.n.peccata nostra senti unt. Seneca in prouer. grauior est inimicus qui latet in pectore ait. Diogenes di cebat qui ad bonam frugem studet peruenire aut beneuolentissimos amicos: aut odio flagratissimos inimicos habere debet.

A nnibal dum uenenum adusum si necessitas ingrueret præparatum ad mortem sibi inferendam adhibuisset: dixit soluamus ingenti cura populum Romanum

S cipio Africanus dicere solebat hosti non solum dandam esse uiam fugiēdi, sed etiam muniendam. qđ etiam Pyrrhum dixisse legimus. Aristidem dixisse The mistocli non esse soluendum pontem: sed aliū potius faciēdū ut abeat xerxes.

P hilippo cum græcis pugnaturo Diogenes in eius castra peruenit: perductus ad Philippum ac rogatus num speculator esset: stultitiæ inquit Diogenes uanita tisq; tuæ sum uerus speculator: qui cogente nullo de uita & de regno ceu ad ca sum aleę periclitaturus uenis.

C um inimicis aperto Marte non esse sæpius dimicandum edocet Antalcidas qui Agesilaū repræhendit qđ frequentibus in Bœotiam incursibus Thebanos resi stere lacedęmoniis docuerit. Pulchram ait tuę doctrinę mercedem a Thebanis recipis: qui nolentes ipsos neq; scientes pugnandi peritiam docuisti.

Aristippus iratus Aeschini non multo post inquit i gram redibimus:an expectamus donec qsq; de nobis scurra loquat ad calicē? Pittac⁹ Alcęū poetā sibi ifestiss. assequutus tyrānidē non læsit:sed tantum qd in eo opprimēdo possit:edocuit.

Scipio Africanus inimicitias cum Tyb. Graccho in Iouis epulo authore senatu deposuit filiam'q; suam Corneliam protinus illi desponsit.

Antisthenes dicebat:oia optanda dari hostibus à diis bona pter fortitudinem.

M. Cæliusq; Pōpeiū quē publica quæstione pstrauerat ifestatū à Cornelia Gracchor mre:quæ prædia fidei cōmissa reddere denegabat:Absentem protexit.

Mugiles & lupi mutuo odio flagrant:Conger & Murena caudam inter se rodentes:Polypum in tantum locusta pauet:ut si iuxta uidet:omnino moriatur:locustam conger:Rursus Polypi congrum lacerant.

DE IMPVDENTIA:

CVmanus Romanorum in Iudęa pręfectus quem in Hierosolymis pascatos esset festum:timens ne ob immensam multitudinem: quæ solet hierosolymas eo die accedere:aliqd tumultus excitaretur. cohortem militum ad sedandos si qui orirentur destinauit:Sed unus è militibus insolens denudans genitalia populo demonstrabat: unde orta seditione plurimi è iudęis occiduntur.

Minutius quem Fabium tanquam cūctatorem in senatu insimulasset qd præ timore pugnā detractaret:partitus'q; esset cū Fabio copias:eo'q; inuito prælium cū Annibale misset:conturbata'q; esset illius acies. Ita est inquit Fabius. Nō celerius quàm timui deprehendit fortuna temeritatem.

Curius Manius quem importune Campatium interrogasset de theatro exeuntem:an spectasset:urbane Campatius ac seuere in orchestra inquit pila lusi.

Adolescens quidam quem uenisset ad Apollonium in carcerem à Domitiano cō iectum:atq; sępe dixisset se dolere comas Apollonio ab imperatore tonsas. atq; nihil magis facere ipsis comis uideretur:Vrbane Apollonius maximum donū ò adolescens consecutus es:quod unus ex achiuis non fuisti: qui ad troiam expugnandam accessere:grauiter enim tulisses Achillem in rogo Patrocli comas tondentem:nam si meas canas sordidas'q; misereris:quo pacto illas flauas ornatas'q; tondi ferre potuisses?

Augustus quem ei galli torquem aureum centum pondo dedissent:& Dolabella per iocum:(temptans tamen ioci euētum) dixisset imperator torque me dona. urbanissime Augustus:malo te inquit Ciuica donare:ad ornamenta militaria alludens:inter quæ erant torques & ciuica.

Herophilus ueterinarius ad tantum fœlicitatis euectus erat, ut non magis in suis hortis Cæsar receptus:quàm ipse salutaretur:relegatus est extra Italiam decreto. Interfecto uero Cæsare urbem rediens:consilium'q; interficiēdi senatus aio

quom cœpisset à patribus in carcerem intrusus est:ibiq̃ necatus.

T yberius imperator uenerat aliquãdo in senatum:unus ex adulatoribus surgẽs ait oportet quom liberi simus etiam libere loqui:facto itaq̃ silentio : audi inq̃t Cæsar in quo te omnes accusamus:nullus tñ aperte audet ꝓfiteri: Curã tui ip sius habes nullam:semper in labore cogitatiõe q̃ nostri causa uersaris: nullaq̃ ad corporis tui quietem tempora adhibes. Tum Cassium Seuerum oratorem dixisse ferunt: Audacia hæc hominem hunc est perditura.

D emarathus improbo quodam intempestiuis cum interrogationibus cauillante ac idẽ sępius iã rogãte qs optius esset spartiataꝝ? q tibi inqt dissimillimus est.

A rchidamidas cuidam intempestiue roganti quot sunt spartiatę ? Tot inquit ò hospes qui malos sufficiant arcere.

N euius patrem quendam qui condemnatus fuerat plorantem induceit. cui quom filius quid ploras pater? dixisset: importunam filii interrogationem retundens: mirum ait ni cantem.

C ato quom percussus esset ab eo qui arcam ferebat atq̃ ille dixisset Caue: Festiue Cato rogauit nunquid aliud ferret præter arcam.

Z eno adolescentem instantius quàm per ætatem conueniret quiddam inquirentem: admoto speculo iussit inspicere. Rogauit deinde nũ sibi uideretur ei faciei congruere tales questiones?

L . Philippus quom in sertorium in Hispaniam Pompeium ꝓconsulem mitti orasset: admiratusq̃ quispiam e patribus interrogaret Philippum an dignum existimaret Pompeium proconsulem in Hispaniam mitti: Nõ proconsulem inqt, sed pro consulibus: ueluti quod uterq̃ consul nullus esset.

C ampani post acceptam cladem cannensem Romam legatos miserunt: postulãtes ut alter consul Campanus fieret: si rem Ro. adiuuari uellent. Indignati Romani summoueri à Curia iusserunt: miseruntq̃ lictorem qui ex urbe educeret eos atq̃ eo die manere extra fines Romanos iuberet.

A treus thyestes'q; frẽs alternis ãnis Mycenarũ regnum possidebant: sed quom Thyestes sciret penes eum fore qui aureum uellus possideret quod erat apud Atreum:corrumpens Europam fratriam regnum ad se transferre conatus est: sed regno ab atreo pulsus est. Per reconciliationem postea reuocato filios edendos apposuit :thyestes uero ex oraculo cum Pelopea filia concumbens filium suscepit ægysthum:qui atreum patruum agamemnonem'q; patruelem sustulit.Horatius lib.i.carminum sæuam pelopis domum uocat.

C arinus imperator omnium fuit contaminatissimus:adulter frequens corruptor iuuentutis:ipse quoq; male usus genio sexus sui.

Cyriades primus è tyrannis Romanis unus patrem Cyriadem occidit: sed ipse per insidias suorum occiditur. ut dictum est in capite de filiis.

Quisquis uero malus placere Dis putat: hoc ipso primum sceleratus ē: nam aut stultos, aut iniquos deos existimat: ait Dion de regno. Lerii morum adeo improborum fuerunt: ut in prouerbium uitii cesserint.

DE IDOLIS:



Idolorum irrisor fuit Agesilaus. nam quom oraculum à Ioue in olympia accepisset: iubentibus ephoris: ut Pythium consuleret: Delphos profectus Apollinem irridens interrogauit: an quæ patri eadem ipsi quoq; uiderentur. Cicero ait lib. i. de natu. deo. quid enim pedibus opus est sine ingressu? quid manibus si nihil comprehendatur? Dionysius tyrannus notissimus irrisor in æsculapii barba aurea: & in pallio Apollini aureo sublato.

Aegyptii cepas inter Deos in iureiurando ait Pli. habent. iidem apim bouem mira cum sollertia sollicitudine'q; inueniunt: qui toto corpore niger est: in fronte habens candorem figuræ quadratę: in tergo aquilam: in palato cantarum: duplices in cauda pilos: hunc aliquando quom sacerdotes adduxissent: Cambyses ueluti uecordior educto mucrone quom uellet ferire uentrem: femur percussit: cachinnans'q; ad sacerdotes inquit ò capita nequam huiusmodi dii uestri sunt sanguine carne'q; imbuti?

Iidem ægyptii inuocant Ibes suas contra serpentium aduentum.

Thraces Zamolxim dęmonem colunt: ei'q; mittunt delectum quendam nuncium: qui ferunt: datur negocium: ut tria iacula teneant. atq; ab aliis comprehensus nuncius in sublime iactetur: qui in iacula decidat. Is si statim extinguitur ꝓpitium sibi deum arbitrantur: sin minus alium sufficiunt.

Cyrenaici Achorem muscarum deum inuocant: afferente pestilentiam illarū multitudine: quæ protinus intereunt quom litatum est illi deo. Ex Pli. sed de iis in capite de religione aliquid dicetur.

Inuisibilium potestatum quæ dęmones appellantur præstare rationem', maius est opus quam ferre ualeat hominis ingenium ait Plato in timeo. Empedocles ait binos datos unicuiq; genios: Menander unum.

Græci Romani'q; ueteres multos deorum uocabulo nuncuparūt. Inter quos Pilunnum Pitunnum'q; fratres coluerunt: ille enim pinsendi usum adinuenit: & ideo à pistoribus colebatur: & ab eo pilum dictum: hic stercorationem inuenit & sterquilinus dictus est.

Illud nō est illepidum atq; infacetum Tarquinius superbus qui ultimus è Romanorum regibus fuit: quom Ioui ex oraculo templum condere uellet in Tarpeio: cæteris diis abeuntibus solus terminus noluit abscedere.

DE IRA ET IRACVNDIA.



Ato senior irascētem à furioso: tpe solū distare dicebat: qd̄ mutuatus Hor. in epist. ait. Ira furor breuis est. Achilles Homericus lib. xvii. Iliad. ait: ira sapientissimorum pectora deturbari. Cicero pro Marcello ait. Iracundiam esse consilio inimicam. (cecidissem: Charillus heloto secū audacius se gerēti. Nisi inqt iratus essem te Architas Tarētinus quem è Metaponto in patriam reuersus rura comperisset uillici negligentia situ oblita: Male meritum inquit sumerem à te supplicium: nisi tibi iratus essem. Id etiam dixisse Socratem ait Seneca.

Plato seruo qui deliquerat age dis gratias: nam ni tibi inquit iratus essem te concidissem: Cicer. iii. Tus. Nunq̄. n. sapiens irascitur ait.

Xenocrates quem ad Platonem uisendi gratia uenisset: rogatus ab eo est: ut poenas de seruo sumat: ait. n. Hunc plagis affige. Id. n. ego ne faciam impedimēto ira est: Laer. Seneca lib. iii. de ira. Speusippo ait dixisse ut cæderet: qui etiam in preuer. Homo extra corpus suum est quem irascitur ait.

L. Gellius quem de filii stupro cū nouerca cōmisso & de parricidio cogitato penè cōpertum haberet: illum uocauit in iudicium: ne ira poenę modum excederet: sed iuuenis tanquam innocens absolutus est.

Cælium oratorem iracundissimum fuisse constat: cum quo ut aiunt cœnabat in cubiculo lectę patientię cliens: sed difficile erat illi in crapulam coniecto rixam eius cum quo edebat effugere: optimum igitur iudicauit quicquid dixisset seq. Non tulit Cælius assentientem. sed iracunde exclamauit: dic aliquid contra ut duo simus Heraclitus dicebat durum esse contra iram pugnare.

Pyrrho adeo iræ obnoxius fuit. ut aliquando instigatus sumpto ueru cum carnibus coquum in forum usq; insequeretur: Et in Elide discipulorum quęstionibus fatigatum abiecto pallio Alpheum tranasse fluuium.

Philagrus Cilix Lolliani auditor sophista adeo iracundus: ut dormiēti discipulo pugnum in malam impegerit: adeo q; intractabilis ut quom rogaretur cur filios non placeret suscipere: q̄m inquit nec mihi placeo ipsi.

Claudius ipater in ira turpissimus: spumāte rictu: fuit: n. famosus & ira & iracundia atq; utrāq; excusauit edicto: pollicitus alterā qdē breuē atq; innoxiā Alterā nō iniustā fore. Oui. Ora tument ira, nigrescunt sanguine uenę. Lumina Gorgoneo sęuius igne micant. In Socrate signū irę erat uocē submittere: loq peius

Achilles Agamēnoni uulnerato ait Hectori & Troianis hāc nr̄a; simultatē putilē fuisse: sed iā irā i pectoribus recōdimus. Ego. n. eā nūc depono. Nō. n. me decet ira semp iplacabili excādescere: Oui. Cādida pax hoīes: trux decet ira feras: Arist. uero ait. Irā necessariā eē nec qcq̄ sine illa expugnari posse: nisi illa aīum

In fermēto iacere prouerbii loco dicitur pro eo q̄d (ipleat & spm̄ accēdat. est in ira esse. Plautus in mercatore: In fermento inquit iacet uxor.

FACETIARVM ET EXEMPLORVM DE INDVCIIS:



Leomenes Anaxâdridę filius quom septem dierũ inducias cũ hoste pactus eẽt:captata opportunitate tertia nocte dormiẽtes iuadit multos íterficit:alios í seruitutẽ redigit:Obiurgatus uero qđ fœderis fidẽ nõ seruasset:ad iusiurãdum ait noctes additas nõ fuisse: sed is tandem furiosus factus à talis se usq; ad uitalia mẽbra laniauit:ridens q; ac lætabundus animam exhalauit.

Thraces quom inducias cum Bœotiis pepegissent:noctu illorum agros populati sunt:querentibus Bœotiis quod inducias uiolassent:thraces non uiolasse dixerunt:quoniam dierum non noctium pactę essent inducię: unde natum prouerbium thracium commentum.

Barcęi cum Persis fœdus ferierunt super occultã fossam ut quoad humus ea ita haberet tandiu fœdus in ea regiõe ratum foret: Barcęis quod æquum foret se pensuros Regi ꝓmittẽtibus:& Persis nihil noui aduersus Barcęos esse molituros. Facta igitur copia est Persis barceam introeundi:sed Persæ rescisso ponte occulto qui supra fossam erat:in urbẽ clam prorumpunt.ac populantur: rescinderunt aũt pontem ut fœdus iuxta formulam solueretur.

In fœderibus paciscũdis porcus saxo apud Ro.feriebatur:unde ferire fœdus dr̃ Verg.& cæsa iungebant fœdera porca.apud Hom.li.iii.Iliad. agnũ agnam q; illum albũ hãc atrã adhibebãt:e quibus mas Marti:fœmina uero telluri imolabat.suspicor Vergilium sequutũ Homerum in sexu & poteã ut ille agnã statuisse:quom porcus de more cęderet.Notãdũ obiter apud Hom.manũ fuisse si scio p̃re Paris pactus eẽt Ordo uero fœderis inter Priamũ Agamẽnonẽ q; fuit in hãc formã.aquæ primũ regnũ manibus infusę:deinde uinũ pateręs:Agamẽnon correpto cultello q erat in ensis uagina è uertice utriusq; agni pilos dissecuit:qbus inter maximos quosq; gręcorũ troianorũ q; distributis:tollẽs ad cælũ manus ita orsus est.Iuppiter p̃r q huic loco ob mõtem idęũ præsides:cuius principatus prę cęteris plus dignatiõis ac iuris hẽt.& tu sol q uniuersa & uides & audis:uos q; flumina:& tu terra:ac uos iferi q post mortẽ fœdifragos hoĩes supplicio afficitis:testes iuoco horũ fœderũ:oro q; ut ip a uelitis eẽ fcã: si Alexãder Menelaũ in hodierno certamine uita priuauerit:ipsius sit cũcta gaza helena uxor:nos q; ad penates n̄ros cũ classe redeamus. Sin Menelaus alexãdrũ.reddãt troiani helenã cũ ipsa Gaza simul q; honorifico præmio græci remunerent quale cõgruẽs esse iudicetur:qđ in posteros ẽt n̄ros trãsferat:qđ pręmiũ si donare nobis cæso alexãdro Priamus eius q; filii noluerint:Itẽq; eosdem deos testor in ultionem rupti fœderis perstiturũ:nec ante finẽ belli facturũ quãm aut à nobis aut ab illis fuerit debellatũ:His dictis agnũ agnam q; iugulauit: Haud dissimilis foederũ rõ apud ro. Nã quom inter albanos romanos q; pactũ eẽt ut Horatii curiati q; belli euẽtũ expirent:atq; ut cuꝰ ppl̃i ciues eo certamĩe uicissẽt

is alteri populo cum bona pace imperitaret. M. Valerius foecialis romanus regē Tullum ita rogauit: Iubes ne me rex cū patre patrato populi Albani foedus ferire? Iubente rege. Sagmina īqt te rex posco: rex ait purā tollito: Foecialis ex arce graminis herbā puram attulit: Postea regē interrogauit: Rex facis ne me tu Regium nuntium: populi'que Ro. quiritū: uasa comitésq; meos? Rex rādit quod sine fraude mea populi'q; Ro. quiritum fiat, facio: Recitatis deinde legibus: Audi inqt Iuppiter audi pater patrate pop. Albani: audi tu populus Albanus. ut illa palā prima postrema'ue ex illis tabulis cera'ue recitata sunt sine dolo malo utiq; ea hic hodie rectissime intellecta sunt: illis legibus po. ro. prior nō deficiet: si prior defecerit publico consilio: dolo malo: Tu illo die Iuppi populū Ro. sic ferito ut ego hūc porcū hodie ferā: tanto'q; magis ferito quanto magis potes polles'q; ubi id dixit porcū saxo silice percussit. Arabū sacerdos in foedere incundo medius stans inter utrūq; acuto lapide ferit uolā ambo digitos: Deinde floccū sumit ex utroq; uestimētos: inūgit eo sanguine septē lapides in medio positos: inter ungēdū inuocās Dionysiū & Vraniā. Scythę in fusō in grādem calicē fictilē uino cōmiscēt q feriūt foedus eo sanguinē cultello uel gladio e corpe expressum. Deinde in calice tingūt acinacē: sagittas: securim: iaculū. Postea multis uerbis se deuouent: post uinū epotāt & q foedus pcutiūt. & comites digniss. In Catilinæ cōiuratiōe sanguis humanus circūlatus pateris q ab uno quoq; potus est: foedus firmauit. Scythę quidā inqt solibus haustu mutui sanguinis foedus pcutiūt: nō suo tm̄ more: sed Medo quoq; usurpata disciplina: Addēdū illud in oībus foederibus aquā & ignē adhiberi solitū queadmodū quos à nr̄o cōgressu uolumus arcere aqua & igni interdicimus. patres ptrea patratos & foeciales p quos bella aut foedera cōfirmabāt nō solere uti lineis uestibus. Adhibebāt ptterea Iouis simulachrū: sed si absētię rō non pateret sceptrū adhibebant.

DE IACTANTIA ET OSTENTATIONE:



Hilippo minitante per līas lacedęmoniis dicente q se oīa q conarent phibiturū: quęsierūt illi nū mori ēt eos eēt phibiturus.

Sylla factus ptor quom indignabūdus Cęsari sua se in illū ptāte usurū esse dictaret: Ridēs Cęsar: recte inqt tuū putas eē magistratum: quem tuis habes pecuniis comparatum:

Leosthenes quom Atheniēses ad inferēdum reliquę grecię bellū assiduis stimulis cōcitaret: de se'q; multa uariaq; iactaret. Photiō ait Cupressis sunt plane similes sermones tui. Illi. n. magni sunt nec ullos fructus ferunt.

Peregrinos quidam sparte crepidatus in altero pede stans rectus: ad laconem dixit: Nequaquam puto te ò Lacon tantum temporis quantum ego in pede pet stare posse: Vrbane excipiens Lacon. Minime inquit: sed ex anseribus nullus est qui non:

Val. Martialis in Fabullam iactuosam:

Bella es: nouimus: & puella: uerum est, Et diues: quis. n. potest negare?
Sed dum te nimium Fabulla laudas: Nec diues: neque bella: nec puella es.

Cynare regis Assyriorum filiae quom se iactassent esse Iunone uenustiores I gradus sunt conuersae. Antigone Laomedontis regis filia ob eandem iactantiam in ciconiam ab illa fuit commutata.

Marsias tibias inflandi peritus quom ad certamen Apolline prouocasset: uictus pelle nudatus est: sed tantus sanguis e corpe eius manauit: ut in fluuium sit conuersus.

Arachne puella lydia lanificii peritissima Pallade ad certamen lanificii prouocauit: ab ea que uicta in araneam conuersa est. Pieri filiae quom uictae a Calliope musis iudicibus, coepissent in illas conuicia iniicere: in picas conuersae sunt.

Martialis in Zoilum qui aegritudinem simulabat ut stragulam ostentaret.

Zoilus aegrotat, faciunt haec stragula febrem: Si fuerit sanus: coccina qd facient?
Quid torus a nilo? qd sindoe tinctus olenti? Ostendit stultas qd nisi morbus opes?
Quid tibi cum medicis? dimitte machaonas omnes: Vis fieri sanus? stragula sume (mea.

Aristoteles admonebat de seipsis loqui homines in utranque partem: quoniam laudare se uani: uituperare stulti est.

Laudabatur puer apud Diogenem Cynicum qd ingenio excelleret: optimis que esset moribus: quid ergo inquit me indiget?

Martialis in Gelliam iactantem nobilitatem.

Cum proauos, atauos que refers: & noia magna: Cum tibi nr eques sordida conditio e:
Dum te posse negas nisi lato Gellia clauo. Nubere: nupsisti Gellia cistiphoro.

Augustus quom per Drusum contra cheruscos: sueuos que ac sicambros bellum gereret: atque illi sibi fidentes cherusci equos: sueui aurum & argentum: sicambri romanos captiuos sibi eligerent: in congressu a Druso uicti sunt: quorum pecora torques que ipsos que etiam praeda diuisit ac uendidit.

Democritus Aetolorum dux quom aliqn esset cominatus flaminio se positurum castra iuxta Tyberim: a manio fugato Antiocho sese occultans capitur.

Leotychidas Aristonis filius: quom quispiam Philippus sacris orphei initiatus: sed prorsus mendicus dixisset: omnes apud seipsos initiatos post uitae finem foelices fore: Cur igitur inquit o stolide quamprimum non moreris: ut & infoelicitatem & inopiam flere desinas?

Augustus quempiam saxo in expeditione percussum: ac notabili cicatrice in fronte deformem: nimium tamen sua opera iactantem: sic leniter urbane que castigauit: At quom fugies inquit: nunquam post te respexeris.

Tigranes audito Luculli aduentu mitte barzani duci iubet ut Lucullum solum uiuum ad se deducat: sed ipse a Lucullo occiditur ut dixi in capite de fiducia.

M. Antonius in Cretico bello naueis cathenis plenas qbus hosteis uinciret duxit sed temeritatis poenas luit: nam pleras que naues hostes intercepere: captiua que corpora religata uelis fundis que pependerunt. Galathae famoli iactantia.

Q. Rhemius Palemon Vincentinus tanta fuit arrogantia ut secum natas & perituras literas diceret.

Ciceroni iactanti apud Vatinium quod humeris reip. de exilio aductus sit: Vrbane ait ille: Vnde tibi uarices?

Ex Musca elephantem facere prouerbialiter dictum est in eos qui ex re parua magna conantur efficere.

DE INFORTVNIO ET INFOELICITATE



Cassius quom apud Megarenses multos leones quos ob aedilitia munera comparauerat reliquisset: Megaraque ab hoste expugnaretur, carceres ferarum effregere: ut in hosteis leones irruerent: At illi in ciues conuersi: totex illis laniarunt: ut hostibus ipsis spectaculum miserabile fuerit.

C. Helius Cinna ex funere C. Caesaris decorando domum rediens populi manibus discerptus est pro Cornelio cinna. in quem saeuire existimabat. Caeterum hic somniauerat a Caesare in conuiuium uocari.

Agesilaus dicente quodam Persarum regem beatum esse quia p quàm iuuenis esset: At qui Priamus inquit ne id quidem aetatis agens infortunium passus est.

Lartes Tolunnius ueientum rex quom in tesserarum prospero iactu per iocum collusori dixisset: occide: Et forte legati Romanorum interuenissent: Satellites eius errore uocis impulsi interficere legatos coeperunt.

Alexander Macedo ad antipatrum literas Athenas deferendas Athliae cuidam tabellario dederat: Aderat Diogenes cynicus: atque ad uocabulum alludens (athlios enim infoelix dicitur) Athlius inquit ad athlium per athlium

Demetrius uictus ab alexandro quom undique circunstantibus malis premeretur ad postremũ ab uxore etiã filiisque deseritur: relictus igitur cũ paucis seruulis in Tyrũ religione tẽpli se defensurus accedens: naui egrediens pfecti iussu iterficit.

Iulius Mansuetus in bello quod inter Galbam Vitelliumque gestum est: filium impuberem domi reliquerat: ex hispania rapaci legioni additus, ex adulto filio a Galba inter septimanos conscripto uulneratur: quem dum filius semianimẽ reperit: agnitus agnoscensque exanguem amplexus uoce flebili precabatur placatos patris manes: ne ue se ut parricidam auersarentur.

Aeschilus poeta i loco aprico sedebat aperto capite. elusa aquila caluitio saxumque reputans, testudinem demisit: eoque ictu occubuit.

Ictus quidam lapide oblitus est literas tantum. Ex praealto tecto lapsum matris affinium & propinquorum coepit obliuio: aegrotus etiam seruorum: messala coruinus orator etiam sui nominis oblitus.

Oppidum in Hispania a cuniculis deletum: in Thessalia a talpis: & ciuitatem aliam a ranis: in Africa ab locustis: in Gyaro a muribus: Amiclas a serpentibus

regionem Aethiopię a scorpionibus & solpugis: Otrerieres a scolopēdris abactos. Abderitæ a ranis muribus'q; pulsi in macedonia recepti sunt: ut ē i cap. de

L artio Licinio prætorio uiro iura reddente in hispania Carthagine mor (Mira. denti tuber deprensus in eo denarius primos denteis inflexit.

I epte contra Ammonitas bellum gerens uouit pro uictoria sacrificaturum quicquid domi prius occurrisset: uictor itaq; a bello rediens filiæ unigenitę prius occurrit, quam immolauit. Vide in cap. de religione.

A ntiochus uictus a fratre Seleuco ad Artamenē Cappadocię regē socerum'q; suū confugit: a quo quom interiectis diebus insidias sibi apparari animaduertisset: fugiens ad Ptolemęum hostem uenit: cuius fidem tutiorem quam fratris existimabat. sed Ptolemęus eum arctissima custodia asseruari iussit. Is tamen adiutus cuiusdā meretricis ope deceptis custodibus labit sed fugiēs a latronibus occidit

P sammenitus rex Aegyptiorum a Cambyse apud Memphim captus: uisa filia captiua cum seruili cultu ab aquam excipiendam missa: humi uultum demisit: uiso'q; etiam filio ad mortem destinato at'q; ad supplicium eunte idem fecit: uiso autem amico natu grandiore spoliato bonis mendicare: in ingentem fletū effusus: amicum cōpellans caput caedebat Ea res Cambysi delata est: misit ergo qui rogaret quamobrē neq; in filia neq; in filio ita affectus in amico autē fleuisset: respōdit Domestica mala fuisse maiora quam ut posset deflere. Eumęus Homericus ī odys. Dimidiū inqt īgenii ablatū ē: illi q ī miserā unq̄ serui fortunā uenerit

R euocatus Annibal ab italia ad opem patrię ferendam quom gubernatorem rogitasset: quod esset uicinum promontorium, atq; ille Pelorum Siciliæ diceret, ludi ab illo reputans quod nimis uicinum uideretur occidit.

A lbinus ob falsam suspitionem a militibus lapidibus obrutus est: negata etiā dicendę causæ potestate:

P olitelus: Callimachus, Cynegirus'q; duces ab atheniēsibus cōtra Dachū pręfectū Persaz cōstituti: collatis lignis Politelus q̄ndā hūana specie augustiorē conspiciēs: cęcus amisso uisu factus ē: Callimachus cōpluribus trāsfixus hastilibus quaq̄ aīam efflauit stetit: Cynegirus ¦uectā nauim detinēs utraq; manu obtrū

A mphiaraus ī bello Thebano cum curru ab sorptus est: Valerius Torquatus in bello contra Pyrrhum Aemilio duce terra itidem absorptus est. (catura

C ambysis exercitus pars quæ in Ammonios accedebat: emensa iter medium inter Dasim urbem & ammonios quom eo in loco pranderet: cœpisse flare uehementem austrum: & ingestis harenæ cumulis eum obruisse.

H ippias Pisistrati filius tussi sternutamento'q; adeo concussus est, ut dentē unū exereauerit. Q uod puto imitatum Martialē fuisse. Si memini fuerant tibi quattuor Aelia dentes Expuit una duos tussis: & una duos: Iam secura potes totis tussire diebus: Nil istic qd agat tertia tussis habet: Anacreon Teius poeta grano uuæ passæ strangulatus est. Lege exempla in cap. de morte.

A egeus Thesei pater cūte theseo ad minotaurū: mandauit gubernatori: ut si inco-

lumis rediret:uelis albis uteretur:oblito uelorum ꝑpter Ariadnes dolorem raptæ relictæq́ꝫ est: Aegeus ex arce se præcipitem dedit.

F pictetus philosophus non omnino exosos dis esse dicebat:qui in hac uita cum ærumnarum uarietate luctantur. Demetrius nihil mihi dicebat uidetur infœlicius eo:cui nihil unquam aliquid euenit aduersi.ex Senec.de diuina prouidētia.

N auiganti Alexandro per Babylonias paludes fertur ui uentorum impulsum diadema in aquam concidisse:quod ut nauta recepit ac ne aqua magis perfunderet capiti suo imposuit donatus ab alexādro talēto ē:sed Caldeis monētibus haud negligēdū esse:qd diadema regiū capiti iposuisset, iussus est ab alexādro necari

C harinus quom apud Plautū in mercatore dixisset Nullus sum Acanthio patris seruus subdit immo es & quom ille scio iam me miserū dixisset respondit Acanthio At tu dixisti:ego taceo.

A lexander macedo quom ephestionē amicum inter deos collocasset atq́ꝫ illi tēplū etruxisset. Agatocles Samius militū eius pfectus q́ꝫ ad sepulchrū ephestionis illachrymasset leonibus obiiciendus erat:nisi perdicas opem attulisset qui iuratus omnes deos & Ephistionem:uenanti sibi deum apparuisse manifeste:iussisse & ut diceret alexandro ut agathocli ignosceret.

M etellus in bello contra Iugurtham quom copias in Vacenses adduceret: Vacenses Iugurthæ copias esse putantes.quia agris paterentur:& eos qui primi aderāt Numidas esse uiderent:obuiam lætabundi procedunt:sed repente signo dato equites pedites q́ꝫ Metelli uulgum cædunt urbe q́ꝫ potiuntur.

B ias Prienensis infœlicē dicebat qui ferre nō posset infœlicitatē. Qui aurū haberent Tolosanū & equū Seianū:itē qui mixerit ī pris ossa cineres:ue:itē qui orti essent q̄rta luna:& q mustellā domi aleret ifœlices issati:ūc puerbiis nūcupārur. ederico.ii.Romanoꝝ tertio ecclesiasticam remp.uastāte:apd Etruriā Guelforū qui ecclīæ essent studiosi & Gibellinoꝝ qui imperatoris factiōis:nomē e barbaris inditū iualuit:qd adeo excreuit odio etiā excelsēte:ut quem apud hospitē Bergomensem calabri appuliq́ꝫ uiatores alliū scidissent gladio:qd hospitis īditio in nucleos natura distinctos scindi oportebat tanq̄ diuersaꝝ partiū affectatores occisi sint

DE INTEMPERANTIA



Hryne scortum uenerem auream Delphis obtulit: Eam Diogenes cynicus ita inscripsit: Ex grecorum intemperantia: Cymon intempe rantia uinositate q́ꝫ a Plutarcho taxatur.

Cælius testis in meretricem quæ filium intemperantem expilauetat:quom dixisset a me pecunia pfecta est. Vrbane Antonius illo abeūte Terētii uersum īterposuit: Sentin senē eē tactū.xxx. minis

C riysippi discipulus medicus nō ignobilis Antigonū regē amicū quēdā eius notę intemperātię mediocriter morbo implicitum negauit posse sanari:quom q́ꝫ alter medicus Epirotes Philippus se sanaturum polliceretur:respondit illum ad mor

bum ægri respicere: se ad animum: Ex Celso lib. iii.

Clisthenes Sicyonius Tyrannus quom nubilem filiam haberet: per præconem edici iubet in olympiis, qui se dignũ esse Clisthenis generum putasset: ad sexagesimum diem ad Sicyonem ueniret: quo quom multi proci cõuenissent, ex omnibus uidebatur magis idoneus Hippoclides Atheniensis Tisandri filius: sed quom supra mensam Laconicos Atticos'q; modos ad tibias saltasset: ac mox capite super mensam cõstituto cruribus ueluti brachiis modulatus esset: stomachatus clisthenes: Tisandri inquit fili desaltasti matrimonium.

Menedemus Asclepiadis filiũ intẽperatũ nec domũ admittebat: nec obuiã factũ resalutabat.

DE INCONSTANTIA



Domitianus imperator equitẽ R. o. ob reductã in matrimoniũ uxorem, cui dimissæ adulterii crimen intenderat, erasit iudicium albo. Mecœnas sæpissime fecerat cũ uxore diuortiũ sæpissime reconciliatus erat: Quare Seneca cauillo in illum usus, incõstantiã taxans in moralibus: Hunc ait esse qui millies uxorem duxit quom unã habuerit. Tãto tu nõ mecœnas illo melior quanto cõstantior es

Isauricus inconstantia famosus erat: in eum ita iocatus Cicero miror quid sit ait quod pater tuus homo constantissimus te nobis uarium reliquit.

Claudius quom præter cæteras cõiuges quas repudiauerat Petinam repudiasset ac pro contione aliquando pronunciasset, quatinus sibi matrimonia male cederent permansurum se in cælibatu: ac nisi ipse mansisset se nõ recusaturũ confodi manibus ipsorum: ne dictare quidem ualuit: quin de cõditionibus cõtinuo tractaret: et de Petina quàm olim exegerat. ætholi ingenio mobili infidóq; sunt ait Ari. li. i.

Inconstantem uarium'q; non esse altera dum taxat manu apprehendendum prouerbio iactatum est Ex Platone.

DE LINGVE RATIONE



Linguam compescendam: tum multa tum illud Pollionis edocet. Pollio enim quom in eũ Augustus Fescenninos scripsisset. At ego inquit taceo nõ enim facile est in eũ scribere: qui potest proscribere. Ibycus quidam quom ĩ latrones incidisset iã occidẽdus supuolãtes forte grues obtestatus est. Deinde sedẽtes iidem latrones in foro quom grues supuolantes aspexissent: p iocũ i aurẽ iter se isusurrãtes ἰδοὺ αἱ ἔκδικοι παρέισιν. ibycei ultores adsũt dixere. hic sermo supiciẽtibus ingessit. præsertim desyderato iampridem ibyco quamobrẽ capti: tortis & confessi scelus: pœnas pependere.

M. Cato in oratione quæ incipit Cælius tribunus: Nunq̃ inq̃t tacet: quẽ morbus tenet loquendi: tanq̃ ueternosum bibendi: atq; dormiendi: Hesiodus optimus est homini linguæ thesaurus: & ingens gratia: quæ parcis mensurat singula uerbis

Effrenati oris & immoderatæ demētiæ finis est infœlicitas ait Euripedes: In Anacharsis imaginibus solitum est scribi linguam uentre: pudendis abstinēdum esse.
Solon cuidā dicēti illū ideo nō loqui q̄a stanus eēt: Nullus inq̄t stultus tacerē pōt
Xenocrates philosophus quom maledico sermoni quorūdam summo silentio interesset uno ex iis quærente cur solus linguam suam cohiberet: quia dixisse me inquit aliquando pœnituit: Tacuisse nunquam.
Anacharsis rogatus quid esset hominibus bonum ac malum, linguam inquit.
Zeno loquaciori adolescenti aures inquit tuæ in linguam confluxere. Idem dicebat melius esse pedibus quàm lingua labi.
Idem adulescentulo inepta plurima loquenti Iccirco inq̄t aures habemus duas & os unum: ut plura audiamus loquamur pauca.
Tyberius impatorscurrā q̄ ptereunte funere clare mortuo mādarat: ut nunciaret Augusto nōdum reddi legata: quę plebeis reliqsset (Tyberii taxās auaritiā) trađum ad se recipere debitū: duciq; ad suppliciū imperauit & patri suo uerū referre
Carillus rex interrogatus cur tam paucas leges lycurgus tulisset: respondit: Eos q̄ paucis uerbis utantur haud quaquā multis legibus indigere. Pluta. in Apo. In lycurgo uero charilaum uocat. Sic puto factū de Perillo & Perilao
Agis Archidami filius Abderitanorum legato qui multa loquutus rogaret quidnam ciuibus suis renunciaturus esset. Te inquit mihi tacenti tantisper auditum fuisse quantisper dicendo consumpsisti.
Aristoteles a loquace uerbis penè obtusus quom esset, ille'q; dixisset Num te satis obtudi? Hercule inquit non tibi animum intendi.
Aristippus conuiciis a quopiā actus abibat insectatore uero insequente dicente'q; cur fugis? quoniam inq̄t maledicendi tu potestatē habes. Ego uero nō audiēdi.
Dionysius quom Platoni scripsisset: orans ne inse maledicta interqueret: respondit non sibi tantum ocii superesse: ut Dionysii meminisset.
Notandum obiter ex sacris linguas exectas dari solitas pręconibus esse authore Callistrato ex interprete Homeri.
Metellum pontificem lingu ę adeo inexplanatę fuisse accepimus: ut multis mensibus tortus credatur quom meditatur in dedicanda æde: opiferæ dicere.

DE LOQVACITATE



Rchelaus loqci tonsori dicēti quomō te tōdeo rex: urbāe silēs inq̄t
Aristippus philosophus procaci licentioso'q; homini utinam inquit tu tuę linguę sicut ego aurium mearum dominus sum.
Pacuuius Amphio quom dixisset quadrupes tardigrada: agrestis, humilis: aspera: capite breui, ceruice anguina: aspectu truci: cui scerata: inanima: cum animali sole. Tum attici non intelligimus aiunt nisi aperte dixeris: At ille uno uerbo testudo ait.
Epaminundas Thebanus spartiatis q̄ multis magnis'q; in rebus thebanos accu-

Chilonis Lacedęmonii tria pręcepta aureis literis Delphis cōsecratā sunt: quæ sunt hęc. Nosse se quēq;: Nihil nimiū cuperei: comitē q; æris alieni atq; litis eē miseriā Ex Pl. yii. Cęterū Laertius i chilōe ait chilonē dixisse spōsioni nō deesse iacturā.
Cōdemnandi nota apd ro. erat C. Absoluēdi A. ampliandi uero. N. L. i. nō liquet.
Hastam abiicere & harenæ cedere dicitur pro eo quod est cædere liti.
Lites adiuuare putat anguis gestatus tāta pluaśiōe ut eques romanus i lite quę in sinu haberet: reuocatus a diuo Claudio principe hāc ob cām fuit interēptus.

DE LIBRALITATE



Lexāder Ma. iterrogatus ubi nā thesaurū hēret: rñdit apd amicos M. Antonii filius quem Philotę magna pocula obtulisset: atq; is putaret tanta pocula nō posse puerum iniussu patris pstare: atq; ob id dantem ministrum repelleret: dixisse aiūt o inepte Philota qd ambigis? an nescis eū qui dat filiū esse Antonii? sed age si placet p his pecuniā accipe: ne forte ex iis pater quoq; desyderet.
Titus Vespasianus recordatus quod toto die nihil cuiquam prastitisset: memorabilem illam uocem edidit: Amici diem perdidi.
Alcmeon quom a Crœso lydiæ rege tāto auro donaretur: qtū m corpore fere semel onustus posset: pgrandē tunicā idutus: cothurnis foilicatibus calceatus: primū hos refersit: mox uestis sinus ipleuit: qn ēt ramētis aureis capillos iplicās ore q; repleto exiit e thesauro onustus: Crœ. uero cachinis difflués ea eia alcmeōi dat
Ex noue Carthaginis captiuitate uenusta puella lucei Celtiberorū principis adulescentis uxor capta Scipioni ēēt adducta esset: quàm quom intactā restituisset: i gratiq; essent ab eo socero q; eius scipioni actę: eū ut cpiat aurū qd redimēdę grā puellę cōparauerant: plurimis erant precibus Scipio accepturū se pollicitus ... poni aurū āte pedes iussit: uocatoq; ad se luceio sup dote quàm ingt accepturus a socero es: h ęc tibi a me dotalia dona accedēt: aurū q; tollere ac sibi haberē iussit
Idem Scipio adulescentē Masinissæ regis nepotē quom cœpisset Hasdru balē, benigne comiter q; exceptū ad Masinissam remisit cū donis magnificētis. ut ostēderet imperatorem non minus liberalitate & domesticis uirtutibus: quā in bellicis artibus ornatū eē oportere. Artoxerxes dicebat magis regiū eē dare q̄ accipe
Dromichetes Getarum rex lysimachum aduersus se belligerantem uiuum captū hospitalitate: amicitia: comitate q; exēptum liberauit.
Perillus alexandri magni amicus quom filiabus ab illo dotem petiisset: quinquaginta talenta accipere alexāder iussit. Sed quem ille dixisset decem satis esse: tibi quidem inquit accipere sed mihi nequaquam satis est dare:
Idem alexander quem. ce. æris alieni talenta sibi cor flasset: nō ante nauē cōscendit quàm rebus amicorū pensitatis: huic quidem agrū: illi uillam: alteri demo prouentum: alteri portoria elargitus ēēt absumptis & fere distributis regiis opibus qd tibi superest perdicas ingt? cui alexāder spes ait. cōsueuerat tñ alexāder toga tus dare: Tanto munificētior tu diue Pompei qui non rogatus tribuis.

I dem Anaxarchū philoſophū honorifice ꝓſecutus eſt: Pyrrhoni Heleo primū ſibi obuiam facto decem millia aureorū dedit: Xenocrati qnquaginta taléta miſit: Oneſierito Diogenis cynici diſcipulo præfecturam contulit.

I dem Antigonem inter cauſarios milites militiam uitantē rogauit cauſam: ut cōperit in cauſa eſſe Teleſippem mulierculam quā deperibat & quā ad mare ꝓſiciſcentē decreuerat ſequi: ut comperit illam eſſe ingenuam Cur inquit donis & promiſſis illam ut reſiſtat non laceſſimus?

I dem Alexander quom dilectā ex cōcubinis ſuis præcipue: nomine Campaſpē nudam pingi ob admirationem formæ ab Apelle iuſſiſſet: eumq́ʒ pari captum amore ſenſiſſet, dono dedit eam Apelli: magnus animo maior imperio ſui.

P æonum ductor quom hoſtis à ſe obtruncati caput Alexandro obtuliſſet: dixiſſetq́ʒ his apud nos donis precium aureum eſſe ſolet poculum: ridens Alexander uacuum inquit. At ego id mero plenum tibi propino.

M acedo quidem quom mulum Regium ferentem aurum ageret: eſſetq́ʒ iumentum defatigatum: ſublatum onus humeris ferre cœpit. quem ſub pondere preſſum conſpicatus Alexander: ubi re cognita depoſiturum pondus uidet hominē Ne reliquo inquit itinere fatigeris: hoc ad tuum deferes tabernaculum:

I dem alexander urbem donabat. dicente autem cui donabat: non conuenire fortunæ ſuę: Non quæro inquit quid te accipere deceat: ſed quid me dare.

I dem doubus plurimis cōmilitones donauerat: ęsq́ʒ alienū militibus quod conflauerant quem diſſoluere uellet: ac ꝓpterea ut darēt nomina iuſſiſſet, multi ex illis ne apd regē intempantię uitiū ſubirēt: noīa dare ſunt ueriti: Id quem alexādro innotuiſſet: increpata illoꝝ diffidētia Nō decere ait regē emētiri i populares

C yrus offerente Armenii uxore aurum: ò mulier ait abi: atq́ʒ has pecunias (ſuos tibi habe: eos q́ʒ amplius nolito armenio defodiendas dare. Idē omnia ab Aſtyage auo dona accepta amicis diſtribuebat

L argius Captiuos tuſculanos quos Clœlius cœperat: multa in eos prius uſus humanitate remiſit. Pyrrhus offerentibus ro. aurum pro captiuis redimendis: Dono dedit captiuos: auro non accepto.

P aula Buſa mulier Appula reliquias Ro. cladis cānenſis quæ canuſium ſe receperant frumento ueſte uiatico q́ʒ iuuit.

Cymon tantę liberalitatis uir fuit ut quom compluribus ī locis prędia hortosq́ʒ haberet nunq̄ eis cuſtodē appoſuit: ne quis impediretur qui frui uellet: eum q́ʒ ſemp pediſſequi cum nūmis ſequebātur: ut ſiqs opis eius indigeret: haberet qđ ſtatim daret: ne differendo uideretur negare: ſępe quem aliquem à fortuna male affectum uideret: maleq́ʒ ueſtitum: ſuum amiculum dedit.

P tolemęus uicto ī ꝓlio Demetrio viii. millia captiuoꝝ cū tētorio regii q́ʒ corporis ornamēto remiſit: atq́ʒ ait nō de hoībus ſed de glīa regno q́ʒ à magnis uiris cē certandū: Demetrius benignitatē regi admiratus: ꝓcatus ē deos: ne diutius Ptolemęo ſe debeī pmitterēt ſed occaſionē ꝓberēt paria reddēdi: qđ cōtigit uicto Cilla Ptolemęi duce.

Constantinus qui cum galerio impauit sæpe dicebat:melius publicas opes a priuatis haberi:quàm intra claustra reserari.

A rtoxerxes longimanus xerxis filius liberalitate cōspicuus: quem alteram manū haberet longiorē dictitabat Regalius esse addere quàm auferre.& de eo supra.

G enfericus Aphrorum dux quem multas Italiæ urbes uastasset : atq; inter cæteras Nolā campaniæ urbē:ex q; ea omneis penè ciueis adduxisset. Paulinus Nolanus episcopus multos pecuniis ꝓpriis redemit:sed quom oībus pecuniis opibus'q; exhaustus esset:uidua'q; quædam assiduis precibus rogitationibus'q; apud Paulinum de filii captiui redemptiōe ageret:Paulinus quem eadē in Africam ꝓfectus:obtulit se uicarium seruitio barbaro uiro. Cuius bonitas quem barbaricę genti innotuisset:& ipse & omnes ciues gratis remissi domū sunt.

M. Antonius pater quem suapte natura liberalis esset:quispiam'q; e familiaribus pecuniam ab eo rogaret eam'q; non haberet:iussit puero ut Scyphū argenteū cum aqua portaret:quo facto cœpit genas abluere:quasi ad radendum se pręparans:puero igitur e conspectu remoto Scyphum amico tradidit.

A ugustus regnorum quibus belli iure potitus est:pręter pauca aut iisdem q̄bus ademerat reddidit:aut alienigenis tribuit.

M. Antonius dicebat magnitudinē Romani impii nō pp ea quæ acciperet: sed ꝓpter ea quæ donaret apparere: Veri liberalitatem lege in capite de conuiuiis.

A ugustus quem Furnius ab eo ueniam peteret:q̄d Antonii ptes esset sequutus Hanc unam ait habeo iniuriam tuam:effecisti ut uiuerē & morerer ingratus.

O tho imperator adhibitis loculis sæpe pecunias domesticis impertit seruata uniuscuiusq; dignitate.

C aligula ducentesimam auctionum italiæ remisit:multis incendioꝝ damna supᵱpleuit:ac siquibus regnum restituit:affecit & fructum omnem uectigaliorum. quod miraculum uidet̄ quom pecuniaꝝ fuerit auidissimus ut dem̄ ē ī auaritia.

H adrianus amicos ditauit non petentes:quem petētibus nihil negaret. Musicos Tragicos comicos Grammaticos rhetoras omneis'q; professores honorauit: diuites'q; fecit licet eos quęstionibus semper agitauerit:omneis'q; reges muneribus uicit:Pauperes innocenteis'q; omneis ditauit.

A ntoninus pius & præfectos ditauit & bona damnatorum repetundarum filiis donauit. M. Antonius imperator Nihil magis timuit quàm auaritiæ infamiam Laudatur & Agrippa Aristoboli filius.

P rotheas facetissimus in Alexandri magni famulatu quom illi iratus Alexander uideretur:multis'q; lachrymis in gratiam redisset : quoddam ait mihi fidei pignus da:Tum Alexander quinq; talenta erogari iussit. (tinus Gillias.

C eleberrimus apud Val. hospitii:largitiōis:dotiū exhibitiōis:liberalitate Agrigē

D ionysius senex doluit Corinthioꝝ legatos noluisse a se dona accipe. Ad filiūq; ĩgressus cōspecta argēteoꝝ aureorū'q; copia uasoꝝ:īclamauit:Proh fili in te rex nō est:q ex tāta uasoꝝ copia quę a nobis accepisti amicū tibi parareris neminē

Martialis ad Quintianum

Quod tibi decẽbri mẽse quo uolãt mappę | Graciles'q; ligulæ:cereiq; mappę'q;
Et acuta senibus testa cum damascenis: | Præter libellos uernulas nihil misi:
Fortasse auarus uidear:aut inhumanus: | Odi dolosas munerũ & malas artis:
Imitanť hamos dona:nanq; quis nescit | Auidum uorata decipi scarũ musca?
Quoties amico diuiti nihil donat: | O Quintiane liberalis est pauper:

Marti.ad Marianum

Scis te captari:scis hunc qui ↄprat auarũ | Et scis qui captat quid mariane uelit
Tu tñ hũc tabulis hęredẽ stulte supremis | Scribis:& esse tuo uis furiose loco
Mumera magna qdẽ misit:sed misit i hamo:Et piscatorem piscis amare potest.
Hiccine deflebit uero tua fata dolere? | Si cupis ut ploret:des mariane nihil:

Archesilaus ad Apellem chium ægrum uenit:sed ut ꝓpe assedit illud empedoclis inquit:æther i igni & aquæ datã sedẽ gratã:sed tu incõmode iaces : atq; puluinũ excussit pecunia'q; supposuit: quàm repertã anus quem Apelli nũciasset: ridẽs apelles hoc inq̃t furtũ admisit Archesilaus:Nimirũ sui similes filios gñat philo (sophia:

DE LIBIDINE



Antæ libidinis cõstat teterrimũ illum imparerem Neronem fuis se,ut puerum sporum exectis testibus etiã in muliebrẽ naturam transfigurare conatus sit:Eundẽ'q; cũ dote & flãmeo ꝓsolẽni nu ptiaꝝ celeberrimo officio dedu.ctũ ad se ꝓ uxore habuit. extat'q; cuiusdã non inscitus iocus:bene agi potuisse cũ rebus humanis si Domitius pater talem habuisset uxorem.Idem uirgini uestali Ru briæ uim intulit.Idem suam pudicitiã usq; adeo ꝓstituit.ut contaminatis penè oĩbus mẽbris:nouissime quasi genus lusus excogitasset: q̃tenus ferę pellę cõte ctus emitteret'e cauea uirorũ'q; ac fœminaꝝ ad stipitẽ deligatoꝝ ĩguina ĩuade (ret.

Commodus trecẽtas habuit cõcubinas ex matronis meretricibus'q; electas trecentum'q; puberes exoletos. Sorores etiam cõstuprauit:sinebat'q; sub ocu lis suis concubinas ab altero iniri.De hoc in capite de Pedicatione.

Martialis plurima sunt sup ea re festiua epigramata:quę quia obscœna sunt omisi illo contentus Phlogidis & Chiones. (cus hẽt:

Sit Phlogis an chiõe ueneri magis apta reqris ?Pulchrior ẽ chiõe:sed phlogis ul
Vlcus hẽt priami qd tendere possit alutã: | Qd'q; senẽ peliã nõ sinat esse senẽ:
Vlcus hẽt qd habere suã uult q̃sq; puellã: | Qd sanarẽ criton:nõ qd hygea põt.
At chione nõ sẽtit opus:nec uocibus ullis | Adiuuat:absẽtẽ marmorea'q; putes
Exorare dei si uos tam magna liceret. | Et bona uelletis tam pretiosa dare:
Hoc qd hẽt chione corpus faceretis hẽte | Vt phlogis:& chione qd phlogis ul (cus hẽt

Cato senior Mãliũ uiꝝ clarissimũ ↄsulẽ futuꝝ'e senatorio loco mouit qa inter diu pñte filia basiasset uxorẽ: quẽ ẽt increpans testatus ẽ se nũq̃ nisi i quom

tonaret à sua complexum: unde per iocum dixisse fertur se tonãte Ioue bẽn ẽ
Gordianus prior.xxii.concubinas habuit: ex quibus oĩbus ternos quaternósq; filios suscepit: appellatus'q; est sui temporis priamus: quem uulgo iocãtes p Priamo sæpe priapum uocitarunt.

Tyberius impator sexto Claudio libidinoso pdigo'q; seni olim ab Augusto ignominia notato &à se ante paucos dies apud senatũ icrepito: cœnã ea lege cõdixit ne qd ex ɔsuetudie imutarẽt aut demeretur: ut'q; nudis puellis mistrãtib9 cœnaret

In eũdẽ fœdissimis adulteriis scatẽtẽ in Athellanico exodio dictũ est: hircũ uetulũ capreis naturã ligurire: cõstat.n.oĩum libidinũ genera fœdissime in Capreis insula Tyberiũ exercuisse. Idẽ greges exoletoꝝ mõstrosi'q; cõcubitus reptores quos spintrias uocãt: triplici serie ɔnexi ut iuicẽ se corã ipo ficcstarẽt excogitauit

Nausimanis Atheniẽsis uxor quom filii & filiæ stupro iteruenisset: inopinati sceleris pculsa cõspectu: in pñs tps ad indignãdũ & i posterũ ad loquẽdũ obmutuit

Heliogabalus imp. fœdissimæ libidini adeo usq; obnoxius fuit: ut mẽtulatiores q cẽnt in urbe iusserit exqri. Idẽ ẽt (ut aiũt) author fuit ut in uindemiaꝝ feriis multa in dominos iocularia etiã audiẽtibus dñis dicerẽt. Idem ẽt plerũ'q; mulieres nudas ad currũ iunxit: ut ipsæ nudę traherent nudum.

Idem oẽs de circo, de theatro, de stadio, oĩbus'q; locis & balneis meretrices collegit in ædes publicas: & apud eas concionẽ habuit quasi militarẽ: appellãs eas commilitones: disputauit'q; de generibus schematũ & uoluptatũ. Idẽ pcuncta caua corporis libidinem passus est. Illud addendum ex Seruio primo Gabalum hunc dictum: sed postea uoluit solem nũcupari: unde dictus est Heliogabalus.

Opilius Macrinus imperator quem deprẽhendisset per quendam frumentariũ quod duo milites ancillas hospitum uiolassent: apertis uiuis bobus uasus eos inclusit: capitibus exertis ut una colloqui possent.

Appii libido notissima apud Liuium in uerginiam puellam: qua potiri nõ ualuit occisa prius à patre Verginio.

Agamemnon apud Hom. Ili. Chrysam patrem filiam repetentem reppulit: addi tis ẽt minis: unde Apollo grecis iratus ẽ (erat.n. chrysas Apollinis sacerdos) & in eã fuit ut & exercitus grecorum & ędibus & pestilentia laboraret: Idem in causa fuit etiam ut tot gręci occiderentur ablata Achilli Briside.

Hadrianus libidine taxatur: ut ne amicis quidem fidem seruauerit.

Philistines impudicitia taxatur à Quĩtiliano.iii. Institu. Et ibidem Perses q deformẽ exẽplum libidinis in muliere Samia influere ausus dicitur primus. Claudius in fœminarum libidinem profusissimus: marium uero omnino expers. Numidas in uenerem effusos esse ait Liuius li.ix.d.p.

Caligula adeo libidinibus scatens ut etiam sororem propriam uitiauerit: Ammõ Dauid filius sororem suam Thamar per uim construpauit: Sed post duos annos ab Absalone fratre ob id occisus est. Cymonem etiam sororem stuprasse memoriæ proditum est.

P tolemęus Phiton sororem fratri nuptã sibi nubere coegit:filiamq; deinde eius per uim stuprauit.P.Clodius sororem stuprauit L.Luculi uxorem.

S ardanapalus Assyriorum rex omnium libidinosiss.post mortem hoc habuit epigrãma.Sardanapalus Anacindaraxis filius Anchialem & Tharsum una die cõdidit.Ede bibe:lude:& quom te mortalem noris praesentibus exple delitiis animum:post mortem nulla uoluptas nãmq; ego sum puluis qui nuper tanta tenebam,Hęc habeo quae edi:quaeq; exaturata libido Hausit:at illa manẽt multa & praeclara relicta Hoc sapiens uitę mortalibus est documentum

I n Bacchi festo apud aegyptios ficulneorum priaporum loco e collo pendentiũ sunt rxeogitatę statuę cubitales e neruis compactę,quas foeminę circunferunt per pagos:mentulã quę propemodum instar est reliqui corporis innuente & tibia pręeunte.quàm foeminę bacchum canentes sequuntur.De Bacchanalibus leges in capite de Secretis.

A pud aegyptios qui mortuos saliunt odoribusq; farciũt: repertus est quidam cũ recenti cadauere mulieris coire : quapropter factum est ut uxores insignium uirorum:neq; eas quae uenustae fuerint tradant statim condiendas : sed triduum atq; quattriduum defunctas.

P eriander cum uxore Melissa etiam mortua coiit ait.Herod.li.y.

I ndorum coitus in propatulo est sicut pecori.Asamones etiam ĩ propatulo plures q; uxores habent.Massagetę etiam montani inuiis passim coeunt.

G nidanes Macarum finitimi sunt:horũ uxores fimbrias pelliceas ferunt: atq; ab uno quoq; stupratore fimbriã extorquẽt:eaq; quae plures fimbrias habet:clarissima censetur:tanquam a pluibus uiris adamata.

T hraces liberos in mercato uendunt:filiasquibus uelint pstant: uxores asseruãt uehementer:magnaq; pecunia a parentibus coemunt:Punctas notis esse fronteis nobile iudicatur.non esse punctis notatas ignobile.

S eptem persae missi a Dario ĩ macedoniam ad Amyntam petituri terrã aquãq; regi:excepti sunt splendida coena:sed postq̃ ad potum a coena uentũ est,o Hospes ait nobis est consuetudo quom magnam coenam exhibuimus: ad assidendum concubinas uxoresq; adulescentulas adducere. Proinde tu sectare nostrã consuetudinem.Tum Amyntas Nobis inquit ista consuetudo nõ est:sed tamẽ praestabitur:Adductas ergo puellas formosas quom petissent ut iuxta assidere iuberet,effecit amyntas:at illi tractare mammillas:alii etiam dissuauiari tempta uerunt.indoluit amyntas:non ausus tamẽ est quippiam mutire:Alexander uero amyntae filius iussit patrem abscedere.ad illos q; conuersus:Persę inquit tempus est cubandi:proinde sinite has foeminas lauatum iri.ut lotas ad cubiculũ accipiatis,Approbantibus illis pro mulieribus iuuenes leues muliebri habitu supposuit:additis pugionibus ut singuli singulos conficerent quod factum est.

Gaditanae puellae lasciuia notatissimae molliciaq;.Marti : Edere lasciuos & Betica crusmata gestus Et Gaditanis ludere docta modis.

Lactantius li.ii.de origine erroris ait deum permisisse angelis ut commorarentur in terra:sed cauerent ne terrestribus maculati cælestia amitterent.sed illi paulatim in uita à Diabolo pellecti mulierum congressibus inquinantur: atq; ita ad cælum non sunt recepti:nescio an uera dixerit.

Gemellus tribunicius Fuluiam & Mutiam nobiles saturninum'q; puerum Metello & Scipione conss.& tribunis plebis domi prostituit.

Xerxes adeo libidinibus deditus ut edicto præmium proposuerit ei:qui nouum uoluptatis genus inuenerit.

Carmolaus megarensis adeo amoribus libidini'q; obnoxius fuit, ut unum osculum duobus talentis redemerit.

Marte uenere'q; in coitu irretitis:omnibus dis tantam turpitudinem spectantibus Apollo mercurio ait Ioue nate Mercuri bonorũ dator :Malles ne in lecto iuxta uenerem auream uinculis pressus duris cubare? utinam inquit ille hoc contingeret:uinculis'q; ter tantis detinerer.ex Hom.yiii.ody.

Augustus etiam libidinis non omnino expers: Nam & fœminam consularem è triclinio uiri coram in cubiculum adductam:rursus in conuiuio rubentibus auriculis in comptiore capillo reductam ab illo constat:sed hæc in iuuenta.

Mamercus tantæ fœditatis fuit ut ancillarum mẽstrua ore hiante acciperet. Celidon unus ex Cleopatræ nobilibus eã improbæ quàm impuræ libidinis ut ĩ eius ore fœminæ purgarent. Apud martialẽ potẽtelæ libidinis sunt notatissimi.

In medete urbe hirci cum mulieribus coeunt. Stymphali eam mulierem honorant:quæ cum quamplurimis uiris habuerit commercium.

Perdices si contra mares steterint fœminæ:aura ab iis flante prægnantes fiunt:hiãtes atq; exerta lingua per id tempus æstuant:concipiunt'q; superuolantium afflatu:sæpe uoce audita masculi Hippocrates. Libidinem dicebat morbum esse comitialem leuiorem Nulli est caluitium ante ueneris usum.

Plinius libidinem hominibus datam queritur his uerbis Cæteris aĩalibus stati per tempora anni concubitus:Homini oĩbus horis dierum:noctium:cæteris satietas in coitu:homini propè nulla.messallina Claudii Cæsaris coniunx hanc Regalem existimans palmam:elegit in id certamen nobilissimã è ꝓstitutis ancillã mercenariæ stipis:eam'q; die ac nocte superauit quinto ac uigesimo concubitu: Idẽ li.xxyiii.ait:in silẽte luna mulierum coitus maribus exitiales atq; pestiferos.

Mulierum libidinũ cohereeri inquit Pli.li.xxyiii. si genitalia cinere lineis aspergant.

Libidinosiores hoĩes hirtos eẽ.sues fœminæ tm̃ efferunt coitus tpe ut hoĩem lacerẽt candida ꝓsertim ueste indutũ.hyenæ ẽt gaudent copia libidinis.

Sempronius musca C. Gallũ adulterio dephensũ flagellis cecidit:G.meuius L. Octauiũ depñsum cõtudit neruis.Bibienus carbonẽ accienũ P. Triuius Põtiũ dephensos castrarũt.Cn.Furius Broccũ depñsum familiæ stuprandũ obtulit. Milo Salustiũ deprensum cum uxore Syllæ filia cecidit flagellis. Apud Pisidas adulterio depñsi uir mulier'q; insidẽtes asino circũducũtur p urbẽ statis diebus.

Multa morborum genera primo coitu soluũt primo'q; fœminarũ mẽse:qn à serpẽte & scorpione pcussi coitu leuari dicunt: Venerẽ dãnauit Democritus:ut i qua hõ alius exiliret ex hoie.est hercule raritas eius utilior.athletę torpẽtes restituuntur. Venere uox reuocat quem ea candida declinat in fuscã:medetur & lũbo rũ dolori:oculorũ hebetatiõi:mẽte captis & melãcolicis.ex Pli.li.xxyiii. Celsus li.i.cõcubitus uero ait:neq; nimis cõcupiscẽdus:neq; nimis ptimescẽdus est. rarus corpus excitat:frequẽs soluit:quem aũt frequẽs nõ numero sit:sed natura rõne ętatis & corpis.scire licet eũ nõ inutilẽ eẽ:quem neq; lãguor : neq; dolor sequitur.idẽ interdiu peior est:noctu tutior:ita tñ si neq; illũ cibus: neq; hunc cũ uigilia labor stati sequtur. neq; ęstate uero neq; autũno utilis uenus est:tolerabilior tñ p autũnum:ęstate in totũ si fieri põt abstinendum in hyemæ nõ æque perniciosa est:uere tutissima.

P ythagoras rogatus qñ eẽt coeũdum:quom te ipso infirmior fieri uis inqt.

A lexãder macedo duarum rerũ mortalitatẽ occasione potissimũ intelligere dicebat sopcris.s.& coitus quos sola naturæ infirmitas pareret.

Cornelius gallus ptorius & Q. Herẽnius eques Ro:in uenere obiere. Est & alius cornelius in cap. de pedicatione.

D iuus Hieronymus uidi inqt duo inter se paria uilissimorũ è plebe hoium cõpata unũ q.xx.sepelisset uxores:alterã quę.xxi.maritos habuisset: & extremo sibi ut ipsi putabãt mrimonio copulatos sũma oium expectatiõe uirorũ pariter ac fœminarũ.post tot rudes uter utrũ prius efferret:uicit maritus.& totius urbis populo cõfluẽte coronatus & palmã tenẽs adorãs'q; p singulos sibi acclamantes uxoris multinubę pheretrum præcedebat.

C elebres meretrices lais illa Corinthia:ad quam tot conuentus diuitū gręcię cōueniebāt.Item Pitonica ab Harpalo amata.Et Flora quę adeo dilexit Pompeium ut diceret nunq̄ Pompeium ab illa sine morsu abscessisse. Itē Precia & uenustate nobilissima & apud Ro.gratiosissima:quę Cęthegū Lucullo cōciliauit In graecia archidica celebris:ex Herod.li.ii.Item Rhodopis genere Thrax aesopi fabulatoris cōserua:Iadmonis Samii ancilla:In aegyptum aducta à xanteo Samio ad quaestum faciēdum.Redēpta à Caraxo uiro Mitilenęo Scamādronymi filio sapphus poetriae fratre.De qua sappho ouidiana : Arsit inops frater uictus meretricis amore:Mixtaq̄ cū turpi dāna pudore tulit:sed haec tantas diuitias comparauit ut pyramidem in aegypto fecerit laudatissimā: Cyrene meretrix in peragenda uenere.xii.figuris usa dr̄ ob id δωδεκαμηχανος .i.xii.artiū dicta celebris fecenia apud Liuium uide in cap.de secretis:Item Phyrne aut si mauis Phryne que etiam senescens iactitabat se fecem pluris uendere:
E st & celebris Cytheris à Gallo poeta dilecta qua Volumnii libertae fuerat : sed ea contempto Gallo Antonium in Gallias eūtem est sequuta. Fuit & celebris apud Atheniēses musca appellata de q̄ comicus ait eū usq̄ ad cor à musca mor
Meretriciam artem Venus prima instituit Cypri ob idq̄ amoris dea (deti amorumq̄ mater dicta.

DE MORBIS



Orborum genera inquit Pli.lib.vii.tam infinita est multitudo:ut Pherecides syrus copia serpentū ex corpe eius erumpentiū expirauerit. Quibusdam ppetua febris est:ut C.mecoenati:Eidem triēniosupremo nullo horę momento contigit somnus. Antipater sydonius poeta omnibus annis uno die natali tantum corripiebat: & eo consumptus est satis longa senecta: morborūq genera supra trecenta Idem pli.ait esse:

C n. Sicinius trib.plebis quom Cn:Octauiū consulē Curionē'q pduxisset, Curio'q ibi ex more multum iactasset corpore:Cn.Octauio collegæ:qui deuinctus erat fasciis:multis'q medicamentis propter artuum dolorem delibutus: Nunq ait Octaui collegæ tuo gratias referes : qui nisi se suo more iactauisset:hodie te istic muscæ comedissent:in utrumq scommate inuectus.

P atronus P.syri quem seruum hydropicum in archa iacentē uidisset:increpansq quæsisset:quid in sole faceret:urbane P.syrus respondit:aquam calefacit.

Molpadiæ Rheæ Parthenię'q sorori Chersonenses honores templa'q cōstruxerunt:hæc per somnos curationem morborum docebat: multis'q desperātibus salutem prębebat : mulieres parturienteis'a labore uitę'q discrimine liberabat.

P hauorinus apud Gellium quartanam febrē ait esse biduo matrem:uno die nouercam,citat q Platonem qui scribit qui quartanā passus conualuerit : uires'q stegras recupauit.fidelius ualiturū:qd etiā Cicer.i episto.ad Tyronē sępe docet:

M alue succi dimidium cyathum qui sorbeat quotidie:omnibus aiunt morbis cariturum.pane ordeaceo qui uescantur morbo pedum tentari negantur.

H liogabalus imp.orto inter fabulas priuatas sermone quot herniosi esse possent in urbe:iussit omnes notari eos'q ad balneas suas exhiberi quibuscum se lauit

H omerus ait pestilentiam 'a pecudibus cœptam.Cicero lib.ii. Tus.ait Græcos satis hostem aspicere non posse:eosdem uero morbos tolerāter atq humane ferre.Cimbros in præliis exultare:lamentari in morbo:

C apras constat semper febricitare Quapropter inquit Varro in uendendo satis est dicere:Illas capras hodie recte esse & bibere posse.

P ythagoras tradit siqui morbi humano corpori acciderint: florente Aproxi herba quanuis sanatos admonitionem eorum sentire quoties florere incipiat:& cicutam & frumentum:& uiolam eiusdem esse naturę.

A sperrimos cruciatus esse calculorum'a stillicidio uesicæ : proximum stomachi: tertium eorum qui in capite dolent aui experimento iudicauere ait pli.Aegyptii ieiunio uomitu'q morbos curant:

M ala oppressi ualetudine apio indigere dicūtur. Quoniam apii coronas in sepulchris iponere usurpatū esset ex plutar. Pli. ait apponi mēsis funeralibus (scunt

Acridophagi oēs morbo pediculari obeūt:ppinqnteq senecta pediculi alati subna

Illud est ope preciū addere ex Celso ad morbo℞ ꝑgnosticas: si hyems sicca septē trionales uentos habuit: uer autē austros & pluuias: subeunt lippitudines: tormina: febres: maxie'ꝗ; ī mollioribus corpibus ideoꝗ; ꝑcipuę in mulieribus: si uero austri pluuię'ꝗ; hyemem occupauerūt: Ver autē frigidū & siccū est grauidæ quidē fœminę quibus tū adest partus abortu pielitant. Hę uero quę gignūt imbecillos uix'ꝗ; uitaleis edunt: Cæteros lippitudo aridai & si seniores sunt: grauedines atꝗ; destillationes male habēt: At si prima hyeme aūstri ad ultimū uer cōtinuarint: laterūdolores & insania febritantium: Vbi calor a primo uere orsus æstatē quoꝗ; similē exhibet necesse est multū sudorē in febribus subsequi: At si sicca æstas aquilōes habuit: atūno uero hymbres atꝗ; austri sunt: tota hyeme quæ ꝓxima est tussis: destillatio: raucitas ī qbusdā & tabes: sin aūt autūnus q̄ȝ siccus iisdem aq lonibus pflatus mollioribus corpibus mulieribus'ꝗ; secūda ualetudo cōtigit: Durioribus aridæ lippitudines & febres partim acutæ partim lōgę: qd uero ad ętates ptinet pueri uere ualēt ęstate prīa tutissimi sunt: senes ęstate & autūni pria ptē: iuuenes hyemę: inimicior senibus hyems: ęstas adulscētib.

Bastetani uetusto ægyptiorum ritu in plateis ægros exponūt: ut qui eo morbi genere temptati sint admonere eos ualeant: sunt autem Bastetani in hispania: Ex Strab. iii. Id apud Babylonem fieri scribit Herod. li. i.

Apud Indos aliquem ægrotum familiares conficiunt ne diuturno morbo carnes corrumpantur: negantē'ꝗ; etiam necant: epulātur'ꝗ;: Aegrotę mulieri idem mulieres faciunt. Senibus uero mactatis uescuntur.

Vatinius podagra oppressus: ut uideretur uitium discussisse: mille passus ambulare se gloriabatur. Cui urbanissime Augustus nō miror īquit: Dies enim aliquāto sunt longiores. Macrob. Q uitilianus uero li. vi. ait Eundem dixisse Ciceroni duo millia passuū posse ambulare. Atꝗ; Ciceronē ita respōdisse de die lōgiore

Philotimus medicus Empyone quodam grauiter ex iecinore laborāte atꝗ; exulceratum digitum ostendente: ò bone inquit uir haud quaquam tantum tibi superest: ocnut de ungularum ulcere sollicitus sis.

Ion dicebat ægrotum impacientissimā rem esse: uxorē illi fastidio esse: medicos incusare: lectulo irasci: amicis uisitantibus stomachari

MALE OLERE

Syncerastes seruus apud Plauti poenulum cū Milphione cōseruo loquens dixit se sine pennis uolare posse haud facile est. meæ inqt alæ pennas nō habent: Excipiēs Milphio facete noli ait te ędepol deuolasse: iam his duobus mensibus uolucres tibi erunt hircinæ ad alarum odorem hircinum alludens. Hera. Sed nimis arcta premunt olidæ conuiuia capræ.

Val. Martialis in Mammeiam

Os & labra tibi linguit Mámeia catellus: Nō miror merdas si libet esse canis
Idem in Posthumum male olentem.

Basia dimidio qd das mihi posthume labro Laudo licet demas hinc q̄q̄ dimidiū
Vis daī maius adhuc & īenarrabile munus Hoc tibi habe totū posthūe dimi(diū.
Idem in fabidium male olentem

Circūlata diu mensis scriblita secundis: Vrebat nimio seua calore manus
Sed magis ardebat fabidi gula:ptinus ergo Sufflauit buccis ter q̄ q̄ter q̄ suis
Illa qdem tepuit:digitos q̄ admittereī uisa ē:Sed nemo potuit tāgere:merda fuit
Idem in Thaidem:

Tam male thais olet:quā nō fullonis auari Testa uetus:media sed mō fracta uia
Nō ab amore recēs hircus:nō ora leonis: Nō detracta cani transtyberina cutis
Pullus abortiuo nec quoq̄ putrescit ab ouo: Amphora corrupto nec uitiata garo
Virus ut hoc alio fallax pmutet odore. Deposita quoties balnea ueste petit
Psilotro niret.aut acida latet oblita creta Aut tegitur pīgui ter q̄ q̄ter q̄ fabas
Quem bñ se tutā pfraudes mille putauit. Oīa quom fecit:Thaida thais olet:

Philippus in cū cuius anima male oleret:Facete Video me ait a te circunueniri.

Parthos populos anima male olere:& a iuuenta pp̄ter indiscretos cibos:sed sibi proceres medentur grano Assyrii mali:cuius est suauitas præcipua in esculenta additi.anim ę leonis uirus graue:ursi pestilens.

Mulieres ait Cicero ad Atticum ideo bene olere:quia nihil olerent: quod Martialis ęmulatus ait Posthume non bene olet qui bene semper olet.

Euripedes quem obiectū esset illi oris maleolentia a Diceambicho Archelai regis aulico conquestus est apud regem:Datur Diceambichus Euripedi in quē p li cenlia sęuiret.Cęterū Diceambichus i Archelaū cōspirat:causam q̄ necis pbuit

Hieron Siciliæ tyrannus quem cōuicio a quedam oris fœtor illi datus esse: uxorem obiurgauit:qued nihil de ea re monuisset:Bona uxor putabam equidē inquit omnes uiros ita olere.

DE MVTVIS



Vidas puerbiū dicit in eos qui sint mutuati:semel rubri decies q̄ pallidi:quia dū mutuū petunt semel erubescunt:Dum uero creditorem uiderint pallescunt:ne cogantur ad soluendum:

Galba quom penulam mutuam a quopiam rogaretur:Festiue respondit non pluit:non est opus tibi:si pluit:ipse utar.

In rebus commodatis talis diligentia pstanda est:qualem quisque diligentiss:pater familias suis rebus adhibet ait Paulus li.xiii.digest.

Apud indos fraudatus mutuo aut deposito tergiuersatorem conuictū aut manu mutilat aut oculo orbat:mortē q̄ deinde ifert.Apud Bactros uero in forū pductum sedere iubēt atq̄ corbē in ipsum cōiciūt qd maximā iudicāt ignominiā

DE NATVRA



Aturam rerum dominam Plinius uocat. Cicero de legibus rerũ omnium principem: Ouidius Meth. Naturam Dis potentiorem uocat. Sed non uult natura potentior omnibus istis.

Aegyptius quidam simias ad saltationem instituerat: adductæ igitur quom ad cõspectũ essent ad saltationem personatę: Espectatoribus quispiã faceto ingenio saltãtibus simiis nuces obiicit: illę relicta saltatione ad nuces conuertuntur procꝗ nucibus inter se depugnarunt.

Cõmodus Antoninus quãuis optimos grauesꝗ homines preceptores habuerit a prima tamen pueritia turpis: improbus: crudelis: libidinosus ꝗ fuit: oreꝗ pollutus: construpatus ꝗ. Quid fœdius Nerone: quid officiosius Anneo Seneca pceptore? Horat. Naturam expellas furca tamen usꝗ recurret: Cicero p Au. Licinio Archia etiam illud adiungo sæpius ad laudem atꝗ uirtutem: naturam sine doctrina: quam sine doctrina ualuisse naturam.

Niceus nobilis poeta Bizantius adulterio æthiopis nata matre nil a cæteris colore differente: ipse in auum degenerauit æthiopem.

Apes regem fessum humeris sulleuant: ualidius fatigatum ex toto portant. Equę orbum pullum parente in grege armenti reliquę educant.

DE NOVERCIS



Allimachus in epigrammate ait Puerum serta uoluisse Nouercæ defũctę sepulchro imponere sed excussum lapidem prouolutũꝗ supra puerum corruisse atꝗ occidisse: ut plane liqueat mortuas etiã a priuignis timendas esse.

Hippodamia Pelopis coniunx Atreo Thiestiꝗ filiis quom non potuisset persuadere: atꝗ īducere ad Chrysippũ priuignum occidẽdũ: ipsa opus pagit: sed Pelops dato sepulturæ filio Hippodamiã fecit extorrem.

Cõstãtinus Heraclii filius a Martina nouerca ueneno extinctus ẽ quarto imperii assumpti mense.

Phineus Arcadię rex quem liberis nouercam induxisset: eius ꝗ instigatione oculos filiis eruisset: Di in illum irati oculorum usu & illum priuarunt: & Harpyas ad mensas addiderunt: a quibus ne dapes attingeret prohibitus longo ieiunio cruciatus est. Vide in capite de secretis ex Apollonio.

Apuleius li.x. ait nouercã priuigni amore ardentem morbũ assimulasse: iussisseꝗ adse iacentẽ in lectulo priuignũ uocari: quem ut crimen dilueret filii nomine nũcupabat: Is ut i cõspectũ uenit: unde illa inciperet: parum pro comperto habebat. Priuignus uero nihil adhuc suspicans: ægritudinis causam sciscitatur: Illa deposito pudore illachrymans rem aperit: obstupefactus ille spẽ dedit: fortasse iterea

furori illa mederetur:suadet igitur ut salutē curet:se enim eius uotis satisfacturū quom primū pater aberit:sed illa statim marito suadet ad longinquas uillas accedat. Quo facto ad spem pmissam iuuenē sollicitat:ille effectū pducit. Tum illa amorē in odiū uertit: Assumpto igitur dotali seruo impat uenenū parari.sed poculū dum incaute custoditur a filio minore arreptū est. Quo epoto cōfestim cadit. Maritū illa statim euocat a uillis: priuignūq̃ & cędis & incesti scelere nisi restitisset arguit: Accusatur iuuenis:ad senatū res defertur:seruus cōtra illū adiurat oīa facinora.cōdēnatur.sed medicus qui p ueneno somni ferā potionē seruo emēti dederat(noluerat.n.uenenū seruo uēdere)in mediū pdit:rē enūciat:serui scelus aperit:Eāt ad mortuū filiū monet:uiuū.n.inuenient:quę quom oīa ita facta essent:cognito nouercæ seruiq̃ scelere:illa in exiliū mittit̃ hic cruci suffigitur

Charondas legem Thuriis constituit:ut qui nouercam liberis induxisset; non liceret accedere ad remp.

Quidam inqt Plutar.de Tranquill.uitę lapidē in mordacē canē imisit:quom male librasset:atq̃ nouercā p cane percussisset: Nec hoc inquit quidē modo male.

Lauinia Ascanii nouerca uerita post mortē æneæ ne quid mali a priuigno pateretur.in siluis latuit donec apud tyrrhum pastorem puerum peperit:quia in siluis natus est siluius dictus est.

Iuno Herculi priuigno infesta duos angues in cunis agenti immisit: Cæterum hercules manibus serpētes cōpręnsos retinere inuētus est: Labores uero quos suscepit suscipere coactus est ab Euristheo uitrico ex Iunonis consilio.

DE NAVIGATIONE



Siculus quidā quom ficos uehēs:pcella correptus:naufragium fecisset:ac mox sedens in litore:mare tranquillum uideret: Vrbane ad mare:Noui quid uelis inquit:Ficos uis.

Anacharsis interrogatus quę nam foret securior nauis:Ea inquit quę in portum Venerit.

Lacon quidā gloriāti mercatori qd multas naueis in oēm orā maritimam dimisisset:Nū sane optabilis ista est inquit rudentibus apta fortuna?

Bion nauigans cum pessimis hominibus in Pyratas incidit Dicentibus illis periimus si agnoscamur At ego inquit Bion nisi agnoscamur.

Anacharsis percontanti cuidam utrū plures uiui essent an mortui: Facete & grauiter Nauiganteis inquit utra in parte constituis? Cicero in epist. ad Atticū Negotium magnum inquit est nauigare.

P. Syrus improbe ait Neptūnum accusat qui iterum naufragium facit. trāsfertur ad eum qui secundam ducit uxorem:Catonem tribus de rebus pœnitudine affectum aiunt:si mulieri quippiā credidisset: si die nihil egisset: & siquo pedibus posset accedere:nauigaret:Seneca quid mihi ait persuaderi non potest:cui persua

sum est ut nauigarem? Pli. lib. xviiii. Audax uita sceleris plena aliquid sentit: ut uētos procellas'q recipiat. Et parum esset fluctibus solis uehi. Iam uero uela nec satis esse maiora nauigiis: sed quāuis amplitudini antennarum singulę arbores sufficiant: super eas tamen addi uelorum alia uela: præter'q alia in protis alia in puppibus pandi: ac tot modis prouocari mortem. Hor. Audax oīa perpeti gens humana ruit per uetitū nefas. Iuno uergiliana Dolet ęneā iā fidere terrę: deseruisse rates

Antigonus sæua tempestate iactatus quom omneis suos in eadem naui haberet: præcepisse dicitur liberis: ut & ipsi meminissent: & posteris proderēt nequis cū tota gente i rebus dubiis periclitari auderet. Hor. illi robur et ęs triplex circa pectus erat qui fragilem truci cōmisit pelago ratem:

Antipater Tarsensis moriensquom bonorum quę in uita habuerit rationem in digitos mitteret: secundā ex Cilicia Athenas nauigationem non reticuit

Laodomas Homericus ait Nihil puto miserius esse aliud quàm uirum fortem ponto exagitari. Plato monet fugiēdum esse mare: perinde ac improbitatis magistrum. Theseus athenas nauigare noluit: & si nauigatio tuta esset iter'q terrestre anceps periculosum'q potius subit.

Charmides hospes in Plauti rudente Labraci leoni quom persuasisset ut puellas meretriculas in Siciliam ueheret. ex illis enim facturum magnum quęstum id quom fecisset: & ipse naufragiū passus est: & puellas alio delatas amisit: quom uero expositus apud charmidem quereretur ac diceret mendicitatē mihi attulisti opera tua: dum tuis ausculto magnidicis mendaciis: Facete charmides Bonam est quod habes gratiam: quod te ex insulso salsum feci opera mea.

Pittacus Mitilenetus roganti cuidam quid nam esset gratificum: tempus ait: quid obscurum futurorum euentum. Quid fidum: trām: quid contra infidum mare respondit. Callimachus dicebat iucundissimum esse mare de terra prospectare quod æmulatus Horat. Neptūnum procul 'a terra spectare furentem ait.

Quom pyraticam nauem qua ueheretur esse accepisset Aristippus: acceptum aurum numerans quasi imprudenti elapsum querebatur: secum'q ita ait melius est ut hęc ob Aristippum: quàm ut Aristippus propter ista pereat.

Terentius Comicus quom 'e gręcia rediret naufragio periit teste Donato.

Anacharsis quom didicisset quatuor natis esse digitos crassitudinem: Tantum inquit morti propinqui sunt qui nauigant: Quod Iuuenalis: Saty. xii. mutuatus ait. I. nunc & uentis animum committe. dolato confisus ligno: digitis 'a morte remotus quattuor: aut septem si sit latissima tæda:

Galerius 'a freto Siciliæ Alexandriam. vii. die peruenit: Babilius. vi. ambo prefectis Aestate pxima Valerius Marianus ex prtoriis senatoribus 'e puteolis. ix. leuissimo afflatu. C. Flaccus Vibii crispi legatus altero die africā aduectus 'e ex hostia

Nauis inuentio ab Erithra rege orta perhibetur compertis lignis colligatis fluitātibus in mari rubro: Diod. ait Nauigandi autem 'a Neptūno primum inuentam classem'q institutam: cuius pfectum 'a Saturno factum esse: Seneca ait Romę

nis nauem conscendere primum Candem persuasisse.

P hæarenses celebres apud He m.artis naualis.Apud Strab.Cretes & Phœnices
N auem in uictoria lauro adornabātauthore Appi. (apud Cicer.Rhodii.
L abeo ait in Digest. Eudemoni Nicomedi diceti Antonino imperatori domine imperator naufragium facientes:in Italia direpti sumus 'a publicanis Cyclades insulas habitantibus.Antonius dixit Ego quidem mundi dominus:lex autem maris:lege Rhodiorum iudicetur nautica.

S ileuandæ nauis gratia iactus mercium factus est.omnium contributione sarciatur quod ꝑ omnibus datum est.lege rhordia caueerutait Papinia.li:xiiii. digest.

I demeneus Cretēsium rex quassus maris tempestatibus quom rediret 'a Troiana expeditione uouit se immolaturū quę primo occurrisset:occurrit igitur prior filius quem immolare uoluit: quamobrem pulsus 'a Cretensibus ad Salentinos uenit.

DE NECESSITATE



Tilpo Megarensis loquens cū Crate interloqndū pisces emere se stinauit:quem quom crates retinere uellet diceret'ꝗ sermonem re linquis:Minime inquit:sed sermonem habeo & te relinquo. Tradendum inquit Pli.putauere memoriæ quidam:uisum coruū per sitim lapides congerentem in situlam monumenti: inqua plu uia aqua durabat:sed quæ attingi non posset:Ita descendere pauētem:expressisse tali congerie quæ poturo sufficeret. Seneca inpro: Acerrima uirtus est quā ultima necessitas exeutit.

A tis Crœsi filius natura mutus captum Susis patrem quem cyrus conficere uellet uocem tum primum emisit Parce patri meo cyre:& te hominem esse uel casibus disce nostris. Ex Sol. Valerius uero & Herodotus Persæ cuidam dixisse aiunt non Cyro:quibus magis credendum est.

V ectius Messius uolscus suos bellum detractāteis increpans qd igitur ait arma habetis?aut quid ultro bellum intulistis? in ocio tumultuosi:i bello segnes:ferro uia facienda est:hac qua me ꝓgressum uideritis: Agite qui uisuri domos parentes.coiuges:liberos estis:ite mecum:non murus:nec uallum: sed armati armatis obstant:uirtute pares.necessitate quæ ultimum ac maximum est telū superiores estis.Plato de legibus Necessitatem nec deus ut dicitur uiolabit:

T hessali quom 'a græcis rogarentur ut olympiacum qua iter erat facturus Xerxes custodirent:miserunt legatos ad omnes grecos exposcentes copias auxiliares:aliter enim pactionem cum persis se esse accepturos.Neꝗ enim dixerunt decet nos adeo ante cęteram gręciam positos pro uobis solos occumbere:quibus ferre opem si recusatis nullam potestis iniungere necessitatem: Nulla nanque fortior necessitas:quam imbecillitatis.

Portius latro in declamatione contra Catilinam ait Grauissimi quidem sunt mor sus irritatæ necessitatis. Q. Curtius ignauiam quoq; necessitas acuit: & sæpe de speratio est causa spei.

Thales fortissimam omnium rerum necessitatem appellabat: eaq; omnia superari Pheraulas apud Xenophontem: Nullum ait esse præstantiorē doctorem neces sitate. Liuius li. viiii. ait Necessitatem non uinci ab ipsis diis. Diod. primo Necessi tatem rerum magistram appellat. Li. uero. iiii. ait Etenim necessitas naturam in stituit quæ temporibus parēs se ad id quod usui esse uidetur accommodat: Ne cessitatem parcarum matrē esse dicebant: utpote inexpugnabilium ut est neces sitas. Ho. si figit adamantinos summis uerticibus dura necessitas clauos. Palla ait Necessitatem feriis carere.

Vetus est prouerbium inquit Seneca lib. iii. epistola; ad Luc. Gladiatorem in ha rena capere consilium. Aeneas a latino ueniam petit quod quæ fecerit: necessita te coactus fecerit: Dignum est inquit: inuitum omne uenia. Veteri prouerbio in dictum est nunquam dii cum necessitate pugnabunt ex Pla.

Vlixis subuleus apud Hom. panē carnes'q; Vlyxi inspeciē mēdici acto ferēs. Hæc ait tibi Thelamachus dat ac iubet ꝑcos oēs rogarꝭ uiro. n. egēti pudor nō utilis.

DE NVNCIIS



Quom obsideretur præsidium Romanū a liguribus: hirundinem aiunt a pullis ad illud cum epistola allatam: ut lino ad pedes eius alligato: nodis significaret: quoto die adueniente auxilio eruptio fieri deberet. ex Pli. x. & de columbis. quin & internūtiæ in rebus magnis fuere: & epistolas annexas earum pedibus obsidiōe Mu tinensi in castra consulum pertulere D. Bruto mittente. Ab Ho mero Iouis nuncia fama nuncupatur. Iunonis Iris.

Cecinna uolaterranus equestris ordinis quadrigarum dominus compræhensas in urbe secum hirundines afferens: uictoriæ nuncias amicis mittebat: in eundē nidum remeantes: illito uictoriæ colore.

Coruus qui antea in Apollinis erat tutela: missus ab eo sacrificante: ut a fonte a quam puram aduceret: conspecta ficorum arbore expectauit relicto officio do nec maturescerent fici: Itaq; ficis expletus ad Apollinem diu properauit. Pro eo admisso Apollo uoluit ut quo tempore ficus maturescerent: coruus bibere nō possit. Ideo'q; illis diebus guttur habet obtusum.

Victis a Romanis Tarquiniis latinis'q; conspecti sunt paulopost ab exercitu ue nientes uiri duo proceris uenustis'q; corporibus: ea quæ in prælio gesta fuerāt nūciantes: creditum'q; est fuisse Pollucem castorem'q;: ac primus qui ipsis fuit in foro obuiā (equos. n. multo fluentes sudore siccabant) quom illa q̄ de uicto ria nūciabāt nō crederet: eos lēiter arridētes illiꝰ barbā tractasse: ex'q; fusca i fui

uiam conuertisserat Perhunc modum assertioni suę fidem fecit: & aenobardi co gnomētum factum. Praliũ quo deleta sybaris est eo die quo gestum erat audi tum est olympiae. Persicáuictoriã Castores Romani ipso die quo cōtigit nun ciauere ait Pli.li.vii. Plutarchus uero in Aemilio quarta post praeliũ die ait pfli gatum esse Perseum auditum est: exorto rumore in po.ro. sedente in spectacu lo equestrium ludorum. Cicero ait Castores Vacieno e pfectura reatina redeun ti obuiã factos: apud Val. Vatinio corruptę p Vatieno legif. Mardonius Xer xis pfectus matutino tpe in Boeotia commisso prçlio a gręcis uictus est: sed me ridianis horis p tot maria & tantum spacii tam breui horarũ momento de uicto ria nunciatum est. Eo ipso die quo L. Antonius qui a Domitiano defecerat: ma gnum q̃ a Germania bellũ cōcitauerat a Domitiani copiis uictus interēptus q̃ est: nunciatum Romę est nuntio icerto. Eo die quo a mario ad uenetiam Cim bri uicti sunt: uisi p ęde Castoris & pollucis iuuenes laureati prętori literas da re. frequens q̃ in spectaculo rumor uictoriae Cimbricae foeliciter dixit.

Persas nunciorum celeritatem inuenisse Herod. lib. viii. ait: nam ex quot diebus tota uia constaret: totidem equos ac uiros distinxerẽ ad singulorum dierum iter faciendum: quos neq̃ uis niuium: neq̃ hymber neq̃ aestus neq̃ nox distineret: quin propositum sibi cursum celerrime conficerẽt. Quorum primus mandata traderet secundo. secundus tertio & deinceps.

Notandum obiter consuesse tabellarios qui laeta nũtiarẽt iaculorum cuspides lau ro coronare in foelicitatis signum.

C. Pontius obsesso a gallis capitolio suberibus latis se fidens fluuium tranauit p medios hostes clam noctu per pręrupta capitolium ascendit.

DE OCIO



Sceuola forensibus negociis ministeriis q̃ defatigatus alea & cal culis interdum pila ludebat: Cato minor & aleę & potationibus indulgebat: Socrates more puerorum arundinem ascendebat: iu uentus q̃ aliquando ab alcibiade risus est. Merito igitur Plutar chus condimentum laboris ocium uocat

Amasis Aegypti rex quom ab aurora forum ingrederetur: donec referctũ esset negocia curabat: ab eo deinde compotationibus studebat: inter q̃ compotores iocabatur: morionem agens & scurrã: accusantibus ergo aegyptiis rem regi non conuenientem: respondit: arcus si semper intenti sunt ruptũ iri ita si homines assiduo labori: nec ulla parte adlusum sibi uelint indulgere: fore ut pedetentim aut mente capti sint aut mēbris

Ouidius quod caret alterna requie: durabile non est.

Apud Scytas ociosum esse pro honestissimo habetur.

Laelius & Scipio conchulas Caietę & laurenti collegerunt.

Vatia Seruilius diues prætorius nulla alia re quam ocio notus cõsenuit: quin ob id unum fœlix habebat. Nã quoties Asinii Galli amicitia: quoties Seiani odiũ inde amore merserat exclamabant homines O uatia solus scis uiuere. Consenuit autem in uilla ut dictum est.

Domitianus inter initia principatus quotidie secretũ sibi horariũ sumere solebat: nec quicq̃ aliud quàm muscas captare: stiloq; præacuto cõfigere: ut cuidã iterroganti eet ne qs intus cũ Cæsare, urbane uibius Crispus rñderit. Ne musca qdẽ. Muscas depellere prouerbii loco usurpatum est oeii turpis castigatione.

P. Syrus exorta super cœnam aliqñ ioculari quæstione quidnam esset molestũ ocium: aliud alio opinante. Perurbane ille Podagrici pedes inquit.

Dionysius senior roganti cuidã an ociosus eẽt. Nunquã mihi hoc inquit eueniat.

Hadrianus ante omnes enitebatur neqd ociosum uel emeret aliqñ: uel pásceret.

Portius Cato scripsit in originibus non minus ocii quàm negocii rationem exta re oportere. Columella li. xii. Nã illud uerũ est. M. Catonis oraculũ: Nihil agẽdo hoĩes: male agere discunt. Oui. de ponto cernis ut ignauum corrũpat inertia corpus: Et capiant uitium ni moueantur aquæ. Celsus li. i. Neq; ait ex nimio labore subitum ocium: neq; ex nimio ocio subitus labor sine graui noxa est: Galenus ait. Maximũ malum eẽ ad sanitatis custodiam qetẽ corporis: sicut maximũ bonũ moderata motio. Cicero li. iii. Tus. qd est. n. dulcius ocio literario: iis dico lr̃is q̃bus infinitatẽ rerũ atq; naturæ: & ĩ hoc ipso mũdo cęlum: terras: maria cognoscimus. Seneca li. xi. eplarũ. Ociũ sine literis mors ẽ & hoĩs uiui sepultura:

Ennius ocio qui nescit uti plus negocii habet quàm quom est negocium in negocio. P. Scipio dicere solebat se non minus esse solum quàm quom solus esset: neq; minus ociosum quàm quom ociosus esset.

Q. Metell⁹ idẽtidẽ dicebat: nescire se illa uictoria bõi plus an mali reip. attulisset.

DE OMINIBVS.



Pub. Scipio Africanus filiam minorem quom Tyberio Graccho in matrimonium copulasset: rediens domum: quom uxori æmiliæ nouam affinitatem nunciasset: indignata illa quod se inscia id fecisset: dixit non debuisse matre inconsulta filiam despõdere: uel si Tyberio Graccho locare potuisset.

Petilius consul letum montem liguriæ oppugnabat: inter militũ adhortationẽ dixit. Hodie ego letũ utiq; capiã: pliãdo occidit: e men'q; ipleuit.

Fanaticus quidam in templo Syluani tensis mẽbris exclamauit Tacita purpura Tacita purpura: idq; septimo: quod tacito mortem portendit.

Cecilia metella quom sororis suæ filiã mr̃imõio collocare uellet: & ob id ĩ sacellũ capiendi de more ominis causa exissent: stante puella Ceciliaq; sedente. Puellã defatigatã petisse à matertera ut sibi cõcederet paulisper, uti in eius sella req[...]

fceret.Illa quom dixiffet uere mea puella concedo tibi meas fedes:omen res cõ-
fecuta eft ipfa enim breui mortua eft.uirgo autē nupfit cui Cecilia nupta fuerat

In ominib9 cõfirmādis fternutamētū ualere cēlebāt: Eumęus apd Hom.quom dixiffet fi Vlixes ī patriā rediret:ftatī cū filio uim ꝓcoꝝ expelleret: Telemachus omē fternutamēto ꝯfirmauit.nā auguria Iouif fulmē tonitruuē rata eē faciebat

Facetum eft quod Plutarchus in numa refert:ait.n:Iouem Numæ iratū imperaf fe:oportere luftrationes capitibus fieri: quom uero Numa fubdidiffet cœparuz Iouem dixiffe hominum:quom uero Numa inuertens præcepti acerbitatem ca pillis dixiffet:refpondiffe iouem animatis.

Alexander Macedo quom Delphos ad oraculum ueniffet:atq; id forte dies nefaftus effet:inquo non erat oraculo qdem fas fari:uatem'q; oraffet.eam reluctan tem inuitā'q; in templū trahebat: Ea uero importunitatis hoīs impatiēs dixit Inuictus es fili.Eo omine accepto:Haud alio fibi opus oraculo alexāder dixit eē

Signifer qui dixerat hic optime manebimus omen dedit patribus deliberantibus Romam a Gallis dirutam defereret Veios'q; concedere:non difcedendi

Tertia Pauli æmilii filia patrem a fenatu redeuntem atq; contra Perfem deftinatū omine confirmauit:lachrymans enim ob catellam perfam extinctam:rogata a patre: Perfa ait periit.

Neq; folum inquit Cicero deorum uoces pythagorei obferuant:fed etiam hominum quę uocant omina:quæ maiores noftri quia ualere cenfebant Iccirco omnibus rebus agendis quod bonum fauftum fœlix fortunatum'que effe præfabantur:rebusq; diuinis quæ publice fierent:ut fauerent linguis imperabatur: in'q; feriis imperandis:ut litibus & iurgiis fe abftinerent.

Occentus foricis auditus F.Max.dictaturam.C.Flaminio magiftratum equitum deponendum prębuit.

DE OBEDIENTIA ET INOBEDIENTIA



Heopompus laconicus dicente quodam fpartam ideo feruari qd reges fcirent imperare:Minime inquit:fed quia ciues parere.

Auidius Caffius quom eius iniuffu multitudo auxiliaria tria farmatarum millia negligentius agentium in ripis Danubii confodiffet ingenti'q; præda ad eum comparata redirent. Sperantibus ꝑmia cēturionibus:quod parua manu tot hofteis fudiffent: rapi oēs iuffit ī crucē:dicēs euenire potuiffe ut effent īfidię & ro.ppli piret reuerētia.

P. Craffus cui quinq; bona rex maxima & pcipua effent: quod effet ditiffimus qd nobiliss.quod eloqntiffimus:qd iurecõfultiss.qd Pont.maximus:quom in cõfulatu Afiam ꝓuintiā obtineret:oppugnare'q; leucas oppidū pararet:opus'q; effet firma ac ꝓcera trabe:qua arietē faceret.fcripfit ad architectū molis Atheniēfiū:fociorū:amicoꝝ'q; po.ro.ut ex malis duobus quos apud eos uidiffet uter

maior esset eum mittendum curaret: Tum magister architectorum compertũ quam ob rem malum desyderaret: non uti iussus erat maiorem misit: sed quã magis idoneum arieti faciendo portatu'q; facilem: minorem misit. Crassus eũ uocari: spoliari: uirgis'q; cædi iussit: Laudantur Spartiatę à Xenoph. quod pareant magistratibus: Miles qui mandatum ducis non seruauit etiam si rem bene gessit capite punitur ait Modest. li. xlix. dig.

L. Domitius in Sicilia prætor ob latrocinia quibus prouintia penè uastabatur: edictum pronunciauit: ne cui liceret telum habere: Ad eum quom quidam pastor aprum miræ magnitudinis attulisset: pastorem interrogauit: qua ui bestiã confecisset: postquam repperit uenabulo usum: crucifixit. Cambysis exemplũ in capite de crudelitate.

Epaminundas Thebanus relicto in exercitu cõtra lacedęmonas filio Stesimbroto: cui iusserat ne bellum iniret: quom ab illo pugnatum esset: uictoria'q; reportata: et corona imposita pater filio ceruicem secari iussit: Id etiam quom Manlii filius fecisset: quanuis uicisset samnites à patre tamen securi percussus est Plut. in Parali. Liuius aliter: uide infra in capite de parentum indul.

Periander Corinthiorum Tyrãnus duos filios quom è Melita uxore Proclis'q; filia suscepisset: misisset'q; aliquando illos alterum: xx. annos natum. alterum xvii. ad uisitandum Proclem maternum auũ. In digressu. Scitis ait Procles pueri qui matrem uestram occidit: (consecerat enim uxorem Periander) quom uero rediissent. Lycophron minor natu: neq; sponte: neq; lacessitus uerbum unũ patri facere uoluit. Pater illum domo exigit: quatriduo'q; fame domitum cõmiseratus pater: ad eum accedit: docet'q; melius esse patri obtempare: quám istęc perpeti: satius'q; esse tyrannidem accipere atq; opes quàm ita sei cui non liceret. Lycophron autem nihil respondit nisi se sacram pœnam deo debere: quod in eius colloquium uenisset. Tum Periander illũ in Corcyram relegauit: Procli'q; bellum intulit: expugnata'q; Epidauro cœpit. Interea quom iam consenesceret mittit Corcyram accersitum lycophronem: sed is ne respondere quidem dignatus est. Periander uero in adulescentis amorem inclinatus (nam in maiore nõ erat Idoles) sororem mittit quæ præmia proponeret: placatum adduceret: Sed ille sorori respondit se Corinthum non accessurum: donec pater uiueret. Tum pater caduceatorem mittit: qui dicat se uelle Corcyram accedere atq; lycophronem corinthum. Id quom lycophroni placuisset. Corcyrei ne periãder ad se accederet iuuenem confodiunt.

Aelianus adolescens quãdiu peregrinatus ad disciplinas concipiẽdas Eretriam in patriam reuersus à patre rogaretur quid disciplinę tanto temporis interstitio assecutus esset: se breui ostensurum esse pollicetur: sed uerberibus à patre cæsus propter admissum æquo animo perpessus: ait hoc edoctum ut parentum indignationem patienter ferret.

Papyrius dictator in Q. Fabium Rutilianum magistrũ ęquĩ quod cõtra impę

rium eius exercitum adduxisset:secures expediri iussit: Vix'q & senatu & populo Ro. intercedente pœnas euasit.

M Curius consul adulescentis: qui in delectu non paruerat: bona primo hastæ subiecit: ipsum'q postea tribunos apellantem uendidit: Nõ enim esse opus inquit eo ciue: qui parere nesciret.

Daiphernes quidam moribus incultis uocatus a Cyro: ut aliis liberior uideretur: aliquantulum moratus est: sed uenienti postea misit Cyrus quẽdã qui diceret: non esse ulterius sibi opus Daipherne: ac deinceps non uocauit.

Saül rex multas hostias deo immolandas parauerat: sed admonitus a Samuele ꝓpheta est deum non sacrificiis delectari: sed bonis iustis'q. Is enim contemnitur quando inobedientiæ spiritus adhibetur: Vnde illud emanauit: melius est obedire quàm sacrificare. Vide in capite de relig. Achilles.

Quidam quom ꝑ niuosas alpeis asinũ duceret: ac frenis animal nõ pareret ꝑ rupes egit ꝑcipitẽ bestiã: meminit Horatius i epist. q male parẽtẽ i rupẽ detrusit asellũ

Crates cynicus Hypparchię uxori scribit: curę sibi fore: ut communẽ filiũ ciconiã ꝑ cane remittat i senecta: ad ciconię ꝑ ietatẽ alludẽs: q̃ parẽteis fessos i senecta alit

Bisaltes rex quem negasset xerxi in gręcos eunti seruiturũ. in edita montis rhodopes abiit. filiis'q mandauit ne cõtra gręcos arma sumerent: at illi patris iussis non parentes: in militiam cũ xerxe ꝓfecti sunt: sed pulso xerxe quom omnes domũ incolumes essent reuersi: omnibus (erant enim sex) oculos pater effodit.

Musonius uero rogatus an in omnibus parentibus esset parendum: Ita quidem honestum iustum'q imperantibus ait.

DE ORATORIA



Fer Manlium suram multum in agendo discursantem: salientem manum iactantem: togam deiicientem: & reponentem sestiue ludens ait: manlium non agere: sed satagere.

Antalcidas spartanus rhetore Herculis laudationẽ lecturo: quis nempe illum uituperat inquit? Plutar. in Apoth. alibi uero ait id Androclidam dixisse: adeo sibi sæpe uarius est:

A lbutius declamator quom in quadam controuersia dixisset: quare si calix ceciderit frangitur: Si spongia non frangitur. mei daeule Cestius: ite ad illũ cras declamabit nobis: quare turdi uolant: cu cur bitę nõ uolant.

I dem albutius quom dixisset fratrem parricidio damnatum imposuit iculeum igneũ: urbane Cestius excipiẽs qdam ait fratrẽ damnatũ ĩposuit in culeũ ligneũ

C atulus cuidam male oratori dicenti an misericordiã se mouisse putaret: magnã inquit: neminem enim puto esse tam durum cui nõ oratio tua miserãda sit uisa:

A lex. pheræus mũ ĩmodũ in misericordiã uersus agẽte tragœdo & Hecubę polyxenę'q casum enarrante lachrymasse ẽt dr̃: cęteiũ tragœdus ꝓsiliit ex theatro

atq; abire cœpit indignum reputans qui tot ciues excarnificaret hecubæ in fortunis moueretur:& quia Tragœdus animum pheræi mollire potuerit: male mulctatus pene ab Alexandro est.

D ecernentibus Atheniensibus de diuinis honoribus Alexandro magno exhibēdis Pytheas orator iuuenis admodum acriter intercessit: Dicēte uero quodam in ista ætate tantis de rebus uerbum facere publice audes? respondit: Atqui is quem uos inter deos referre uultis me iunior est.

O scus nihil sine schemate dicebat: cui nō inurbanus rhetor quom occurrisset mane Massiliæ: sic salutauit. Poteram quidem dicere. Aue osci.

D iodoti rhetoris mortui quom Metellus coruum in sepulchro lapideum sculpi fecisset: Iusta inquit Cicero retributio est facta. Istū.n. uolare: non orare docuit.

T estius penarius indicendo mentum intorquebat: in hunc Cæsar ita iocatus est. Dic siquid uelis ait quom nucem fregeris. nam qui habet in ere nucem duram in rumpendo mentum solet intorquere.

C urio pater orator præterquàm quod in cogitando esset tardus: in instruēdo dissipatus: parum'q; rerum propositarum meminisset: in utranq; ēt partem toto corpore uacillabat: in oratione. In hūc urbane. C. Iulius iocatus est. Quęsiuit .n. quis loqueretur ē lintre. ex Cicer. de clar. ora. Apud Quintilianū. C. Iunius perperam ut puto legit. exēplum uacillatiōis Curionianæ ē in cap. de Morbis.

Maxillus rhetor satis aridus homo quem exilitatem suæ orationis imputaret cōtrouersiæ: ac diceret. Necesse est me per spinosum locum ambulantem suspensos pedes habere: Suburbane Portius latro discipulus. Non mehercule tui pedes spinas calcant: sed habent.

S abinus Clodius quom una die & græce & latine declamasset: quibusdam quærentibus quod pusillas mercedes acciperet: quom duas res diceret: Catherius ait. Nunq̄ mercedes magnas accipe eos: q breuia pneumata docēt Mecœnas dixit.

I n eundem Clodium rediens ab auditione Cassius Seuerus interrogatus quomodo dixisset: respondit male uicit.

S euerus Cassius quom multos accusasset: atq; oēs absoluerentur: architectus'q; fori Augusti expectationem diu traheret. urbane ad uerbum absoluo alludens Augustus: utinam inquit Cassius meum forum accusasset.

D emosthenes subterraneum sibi locum ædificauerat: in singulo quoq; die descēdens gestum motum'q; corporis fingebat: uocem'q; exercebat. sæpe'q; ēt duobus tribus'ue mensibus domi se continens non prodibat: abraso etiam capite: ut exeundi facultatem sibi ipse præriperet.

I dem rogatus qūo orator factus sit: plus uino ipendens oleū rñdit. ex Diomede.

I dem pulsus à patria ob accepti ab Harpago auri crimen: quod urbem in Alexādri bellum impelleret: quom Megaris exularet: secutus Hiperidem Atheniensium legatum sua eloquentia Argos. Corinthum cæteras'q; ciuitates Atheniēsibus iūxit: ob qd fcrī ab exilio reuocaē missa ab atheniensibus obuiā ēt naui.

I dem quom ineptum ac nullius bonę frugis ex tempore dicere ac consultare ac cersitus ad cōsulendum esset:negauit:non.n.inquit instructus sum

P ericles ad perorandum 'a pop.sæpe lacessitus negauit:qa imparatus esse diceret

P hotion breui oratione utebatur cæterum grauissima.de eo Demosthenes surgē tem aspiciens eccc inquit meę orationis culter surgit.

D iogenes ad cauponam quem diuertisset:transeuntem Demosthenem inuitauit A bneganti ait.pudet te ó Demosthenes cauponā subire? A tqui dn̄s tuus quo tidie in ea conuersatur.scomma in rhetores fuit qui populi serui dicuntur.

G ordianus imperator Milithei doctissimi uiri duxit uxorem, quem eloquentiæ gratia sua affinitate dignum putauit. Isocrates unam orationem.xx.talentis uē didisse dictus est.

E leazarus in Castello mesada à Flauio Siluio Romáoꝝ p̄fecto obsessus: despe ratus de fuga:iudęis q secū erāt habuit orōnē.eos'q; adeo accendit: ut oēs uiri cū cōiugibus mortē sibi cōsciuerint:bona'q; in unū cōgesta igni cōsumpserint.

H egesias Cyrenaicus philosophus quem quæ ex uita mala:quę'ue ex morte bōa orirentur in scholis disputaret:ita copiose,ut multi iis auditis mortem sibi ipsi cōsciscerent:à Prolemęo prohibitus est ea in scholis dicere.

P yrrhus dicere solebat plures urbes imperio additas oratione Cyneæ oratoris quàm suis armis. Euripedes dicebat omnia conficere posse orationem: quę ho stile ferrum conficere nō posset. Cicero li.ii.de natura deorum: Iam uero domi na rerum ut uos soletis dicere eloquentia:qu'am est pręclara quam'q; diuina? Plato dicebat oratoriam animis hominum imperare:quod mutuatus Vergili us:Ille regit dictis animos & pectora mulcet ait.

A ntonius orator immissos 'a mario in eum occisores.&'a tribuno militum desti natos dicendi copia adeo perfregit:ut nemo auderet rem perficere: Tardātibus illis tribunus militum ingressus,illum adhuc orantem iugulauit: caput'q; ad Marium detulit.ex App.Plutarchus annium uocat tribunum.

P isistratus tantum dicendo ualuit ut Athenienses oratione illius capti ultro im perium detulerint.

P ericles oratione Athenas suo arbitrio uersauit. Marcum Cethegum ennius sua dam medullam uocabat.

C æsar Ligarium esse damnaturum omnino decreuerat:in senatu m'q; etiam libel los condemnatorios attulerat.dicturo apud illum pro ligario Cicerone:eum q dem damnari inquit certissimum est:nihil tamen prohibet Ciceronem audire sed oratoris summi tantum permouit oratio Cæsarem:ut libellos in media ora tione abiecerit:mutato sæpius colore:ligarium'q; absoluit.

G ræci cum thersitę uaniloquentia tum Agamemnonis oratione permoti: obsi dionem soluere destinauerant:sed eos Vlyxes oratione confirmauit:& cōtinuit nec ante incensum ilium abscesserunt.

A pud Dyrrachium quem Pompeius cæteri'q; duces ad pugnā milites hortādo

patrum profecissent:Cato orationem de uirtute contemnenda'q̧ morte ita gra uem apud illos habuit:& animos illorum ita accēdit:ut summo studio pugnā deposcerent:omnes'q̧ Cæsaris cohortes in fugam uertissent:nisi Cæsaris fortū na:& Pompeii infœlicitas obstitisset.

Q uintius consulem diffidentem à patribus plebem oratione adeo ꝑmouit.ut de positis simultatibus postridie bellum in equos sit captum

S ocrates Eutyphrona:qui patri diem dixerat:de iustitia & pietate uerba faciens: ab instituto reuocauit.

T ullus oratione militum animos adeo accendit:ut arma ultro exposcerēt: postri die'q̧ gallorum aciem ceciderint.

Q uom Romani à samnitibus conclusi pene essent. Decius militū Ro. tribunus oratione in aīos militum ita insinuauit:ut noctu castra hostium aggressi:& sam nites ceciderint:& castris potiti sint:Pari ratione Samnites uicit accendēdo mi litum aīos Fabius:& Marcellus eadem ratione animos militū ꝑdie ab Anni bale profligatoꝝ ita inflāmauit ut postridie Annibalis copiæ ab illis fusæ sint.

D eucalion mortales ob diluuii inundatiōem in montibus uiuētes: descendere'q̧ ob timorem denegantes:miti oratione ad mitiorem cultum elegātiorem'q̧ ui tā planitiei redegit.unī datus locus fabulæ hoīes repasse iactis post terga saxis

A mphion thebas lyrę canore condidisse dictus est.quippe quod orationis suaui tate hoīes rupium incolas ad ciuilem pellexit disciplinam:

G orgias leontinus Delphis auream statuam & solidam in templo sibi posuit:tā tus erat docendæ oratorię artis quæstus.Agamemnon apud Hom.ait difficile esse in magna concione dicere.

C aluus orator qui diu iniquissimam cum Cicerone litē de eloquentię principatū habuit usq̧ eo concitatus actor fuit:ut in media oratione eius exclamarit uati nius.Rogo uos iudices nunquid q̄a iste disertus est:egō damnandus sum?

C ato princeps Portię gētis senator optimus:optīus impator:optim⁹ orator eām quadragies ac q̄ter dixit:diuersis odioꝝ simultatibus appetitus,semp absolut⁹

M.Antonius orator dicebat ideo se nullam scribere orationem ut siquid aliqū nō opus esset ab se esse dictum:posset se negare dixisse.

A gis dicente quodam oratore orationem rerum omnium esse potētissimam.Igi tur si tu taces inquit nullo precio dignus es.

N igrus quidam declamator in gallia spinā deglutierat.Declamante uero ibi quo dam qui nuperrime aduenerat:ne silendo cedere uideretur declamauit: Secuta īflāmatiōe uuln⁹agi sibi sinit:ipsa uero cessante:uuln⁹adeo icruduit ut obierit

T imon atheniensis quem in concionem accessisset facto'q̧ silentio & magna ex pectatione utpotè ad rem insolitam:quom hominum cōgressus semper(ut di ctum est)fugeret:dixisse dicitur.Est mihi ò uiri Athenienses post domum pu sillus hortus:& in eo ficus quædam coaluit:à qua per multi iam ciues se suspē derunt.Ibi ego nunc ædificaturus sum:quam ob rem constitui publice referre

ut siq sunt ex uobis q se uelint suspendere ante id agant q ficus succidatur.

Appius quem Volũnio collegę dixisset: deberi sibi quod ex muto atq; elingui su a causa consul factus, sciret serere orationes populares, alioqui illis mensibus hi scere nesciente: q mallem inquit Volumnius tu a me strenue facere qu am ego a te scire loqui didicissem.

Hecateũ rhetorẽ quodã culpante q admissus ad conuiuiũ nihil dixisset: Archidamas ignorare mihi uideris eũ q dicẽdi peritus sit, dicẽdi quoq; tp̃s cognoscere.

Aeschines Atheniensis summus orator quem accusationẽ qua fuerat usus Rhodi legisset: legit & defensionem Demosthenis ob quã in illud fuerat depulsus exilium: mirantibusq; tum magis miraturos fuisse dixit si ipsum orantem audiuissent.

Polemon Atheniensis perditę luxurię quom e conuiuio non post occasũ solis sed post ortum surrexisset coronatus: domumq; accederet: Xenocratis philosophi refertã doctorum hominũ scholam ingressus ẽ: inq; ea cõsedit: Xenocrates omissa ea re de qua disputabat: coepit sermonẽ facere de modestia ac tẽperantia: Eius orationis grauitate affectus Polemon: coronã primo capiti detractã abiicit: paulopost brachiũ intra palliũ obduxit: moxq; oris conuiualis hilaritatẽ deposuit: tãdemq; oĩ luxuria sequestratus maximus philosophus euasit.

Theodotus tragoedus nulli etiam uilibus histrionibus ante se dicere permisit: ne magis fauerent auditores illis quos primo audierint.

Oratoriæ cãpos primus Socrates quom Aeschine discipulo aperuit authore phauorino. Aristoteles uero & Quintil. inuentorem oratorię fuisse Empedoclem aiunt. Cicero in oratore ait Rhetoricen artem inuenisse Coracem & Ctesiã Apud graecos etiam negat quicquam scriptum de rhetoricis ante Periclem: Apud latinos primus scripsit: M. Cato Censorius.

Declamationum inuentor qui fuerit nõ satis se habere compertum ait Quintil. nã fictas inq̃t ad imitationem fori cõsiliorumq; materias apud graecos dicere: circa Demetriũ Phalereũ institutũ esse cõstat. Latinos uero dicendi p̃ceptores extremis: L. Crassi tp̃ibus coepisse Cicero author est quoq; insignis. L. Plotius maxime fuit. qui fuerint celebres in declamatiõibus apud Senecã comperies.

Oratorum tria genera comperi fuisse Atticos qui emũcti elegantes q̃ essent: Asianos qui turgidi uentosiq; inanes, nulliusq; erant momenti quos. M. Antonius & Hortensius sequuti sunt: Rhodios qui erant inter hos medii. De iis Diuus Hieronymus ad Rusticum ait: ut ubertatem nitoremq; gallici sermonis grauitas Romana condiret: qd' in disertissimis uiris gręcię legimus: qui Asianum tumorem attico siccabant sale. Qui uero in oratoria claruerint apud Ciceronem de claris oratoribus & Fabium legũtur. mulieres uero quæ celebres fuerunt hæ sunt: Amesia: quæ rea in causam suam L. Titio prætore & in iudicium cogente egit: cunctis sententiis liberata. Item Affrania Licinii Bruttonis uxor quæ semper pro se apud prætorem uerba fecit. Hortensia: Hortensii Cro-

toris filia quę cum ordo matronalis a triumuiris tributo oneratus eēt, causam constanter apud illos egit. sed de mulieribus doctrina claris in capite de mulieribus dictum est: Addendę sunt hę: Phœmonoe apollinis filia cui carminis he roici inuētio tribuitur. Papinius li.ii. Syluarum Referet'q; arcana pudico Phœmonoe fonte. In Italia uero carmentis euandri mater carmina docuit. Damophila Pamphili uxor Sapphus amica hymnos qui Dianę Pergę cantabātur composuit: Amalasuntha Theodorici regis filia græcis latinis'q; literis eruditissima ab historicis celebrata: Aspasia Pythagorę ut dictum ē filia magistra Socratis in oratoria authore Platone. Eurydice iam grandęua literas ut filios erudiret didicit & profecit.

L. DOMITII BRVSONII LVCANI FACETIARVM EXEMPLORVM'Q; LIBER: V. AD MECOENATEM.

DE PACIENTIA:



Ngratus uiderer Mecœnas si constantię sororem pacientiā uiris sapientibus satis super'q; amicam essem silentio prętėriturus. Et quoniam sępius lęsam in furorem conuerti memorię prędidit Publius Syrus: faciūdum fuit ut exempla bonorum fortium'q; uirorum in cōmune adducerem: quę siqui immitabuntur, non modo non incident in illum hominum ingenio inimicum furorem: sed & meliores fortiores'q: ac non sine īmortali admiratione illustriores euadēt.

Dion Alexandrinus Philosophus multis conuiciis probris'q; a quopiam lacessitus, non respondit. Cęterum ubi intra ędium suarum uestibulum uenisset (nā eousq; conuiciator fuerat insectatus) nihil se turbatum ostendens. hoc tantum insinuauit: ne gry quidem: conuiciator animi in potentia superatus laqueo uitam finiuit.

A milcar carthaginẽsiũ dux i syracusana obsidione inter somniũ uocẽ audisse credidit: nunciantẽ ut postridie i urbe cœnaret: lætus ꝑinde ac diuinitus ꝓmissa uictoria: exercitum pugnæ cõparat: inquo orta inter siculos pœnos q; dissentione: castra eius Syracusani subita irruptione opprimẽtes ipsum intra mœnia uictũ ꝑtrahunt: ita spe magis q̃ somno deceptus captiuus syracusis cœnauit.

A chilles apud Hom. consulendũ ait censeo augurem quempiam aut aruspicem: aut somniorum interpretem: siquidem ipsa quocq; a ioue ostendũtur insomnia.

S omniorum iterpres apud Homerum Ili. Euridamas: Primus omnium somniorum intelligentiam condidit Ioseph Iudæ filius ex Iust.

I n Epidauro Aesculapii sacellum est in quo incubantes ægritudinum remedia capessunt monitis somniorum.

Claudius somniis tantum fidem exhibuit: ut quem quispiam dixisset per somnos uidisse eum occidi: paulopost raptus ipse ad pœnas fuerit.

E adem decausa Appium Syllanum oppressum aiunt: quia somniauerat si ab Appio uim inferri.

L ucrio puer in milite Plautino rogatus a Palestrione quid esset de Sceledro conseruo Facete quom uellet ostendere ebrium illum ac dormientem naso strepere: dormit inquit non quidem naso nam eo magnum clamat.

T hasios duo uini genera facere. unum: quo somnus cõciliatur: Alterũ quo fugat.

S omni deus Mercurius putabat quapp apud Hom. cubituri Pheacẽses Mercurio

H omerus somnũ ferreũ mortem appellat Vergilius mortis cõ (libabant. sanguineum: & alibi Hom. fratrem mortis: Cicero & Ouidius imaginẽ mortis.

Theon Tithoreus stoicus in somnis ambulabat: periclis seruus in summo etiam tecto. Xenophon in uenatione ait lupos esse oculorum acie hebetes. somno. n. animal nimis est deditum quę res nihil ad uidendum prodest. Idem xenophon ait leporem palpebris clausis uigilare: Apertis dormire.

G orgias Leontinus in extremo uitæ confinio deficiens in somnum aliquem resolutus: rogatus a familiaribus quid faceret: iam inquit somnus incipit sorori me commendare:

Xerxes quom quatuor millia armatorum Delphis ad templũ Apollinis diripiendum misisset:omnes imbribus fulminibus'q; deleti sunt.

Q.Fuluius quod tegulas marmoreas e templo Iunonis Laciniæ in ędem fortunę cõtulerat:desiit mẽte cõsistere:altero ex duobus filiis amisso:altero male affecto

Alladius Agrippæ successor deos contemnens fulgurum imitationes fragores'q; tonitruis similes affinxit:sed imbribus fulminibus'q; domum eius impetentibus:crescente'q; uicino lacu cum omni domo absorptus est.

Salmoneus sub fabricato æneo ponte quom fulmina iouis imitaretur ac pluuias uerum fulmen expertus est

Plemminius quod thesaurum Proserpinę expilauerat:coniectus in carcerem graui morbo consumptus est.

Brennus Gallorum rex cupiens Delphici Apollinis templum spoliare: auxilium Delphis ipso Apolline.Diana: Minerua'q; præstantibus:omni exercitu'a paucis fuso: ipse quom uulnerum dolorem ferre non posset:pugione uitam finiuit. Sacrum sacro'ue commendatum qui rapsit parricida esto ait Cicero:

Sacrilegorum finem infoelicem fore Homerus indicat in odys : focii enim Vlyxis quom contra religionem boues ex iouis insula rapuissent:comedissent'q;: mox nauigantes procellis fulmine'q; omnes occiduntur.

Sybarita quidam quom seruum in agro cæderet : confugiẽtem'q; ad aram seruũ amplexantem'q; nihilominus conciderer:ex ira deorum breui Sybaritæ 'a Crotoniatis euersi sunt.

Cœpio consul quom aurum Tolosanum arripuisset & ipse & exercitus cæsus est: a noto prouerbio Auri Tolosani:sicut equi seiani.

Minęi filię quod sacra Bacchi contempsissent eius'q; in festo telę incumberent:in uespertiliones sunt conuersę.

Pyreneus pluuio tempore Musas ad Parnasum tendentes rogauit ut ad eius tecta diuerterent donec pluuia cessaret:hospitatis uim inferre uoluit.Cæterum illę in aues conuersę per fenestras euolauerunt,quas quom scelestus insequeretur præcipitem se dedit:capite'q; terræ illiso animam eructauit.

Niobe Tãtali filia quod septem filios totidem'q; filias ex Amphione marito suscepisset:se potius quàm Latonam uenerandã esse contẽdebat: Quare indignata Latona Apollinem Dianam'q; filios rogauit:ut pœnas de illa de'q; omni familia sumerent:illi itaq; filios omneis sagittis confixerũt:Amphion præ dolore ferrum in se uertit Niobe in saxum uersa.

Ophiusam in Elephantine Aethiopię liuidã difficilem'q; aspectu esse:Quã potã terrores minas'q; serpentium obseruari:ita ut mortem sibi eo metu consciscant ob id ogi sacrilegos illam bibibere ait Pli.iiii.

DE SECRETIS:



Yro ab Astyage uicto nauibus'q; et naufragio omnibus amissis milites milesii fugientes à Cariis criassę urbis icolis misericordia motis hospitati sunt:sed postmodum timentibus criassiis illorum potentiam perdere eos cogitabant:sed Cafena puella Nimpheum ardens:rem prodidit:ille ad suos:uocatis igitur ad conuiuium milesiis Nimpheus negocium dedit mulieribus ut tela intra uestem occulerent:in media cœna Carii Milesios inuadendi dant signū:sed illi abreptis à mulieribus telis Carios ad unum cædunt.

P hilippi comico poetæ ac familiari quom lysimachus dixisset:Cuius te rerū meārum participem facio?Cuiusuis inquit Philippides præterquàm secretarum: ut dictum est in capite de aulicis:

C ares ac Methrodates qui cyrum confecerant:iussi ab Artoxerxe ut silentium p̄starent:datis etiam præmiis(uolebat.n.Artoxerxes dici Cyrum 'a se occisum) quem non paruissent silentio imposito.mirabiliter 'a rege excruciati sunt:

S isyphus quia deorū secreta hoibus patefecerit ea pœna apud inferos plectitur ut saxum ingens ad cacumen montis quod iterum elapsum statim repetat.

A ugustus Gallo 'a manu quod pro epistola prodita denarios quingentos accepisset crura effregit.

P hineus quod cælestia mystica'q; deorum mortalibus aperuit:cæcatus est:

T arquinius M.T.duumuirum quod librum secreta ciuilium sacrorum cōtinētē custodiæ suæ cōmissum corruptus Petronio Sabino describendum dedisset: culeo insutum in mare abiici iussit.Euripedes insipientis inepti'q; esse uiri dicebat malam fortunam omnibus aperire:sed sapientis tacere.

C ecilius Metellus percontante tribuno quid acturus foret. Si hanc inquit tunicam mihi consciam esse putarem:ipsam exutus in ignem coniicerem.

B attus quem bouem 'a Mercurio accepisset pro futuro silentio quarūdam boū 'a se abactarum:iuxta q; occultarum:sumpta alia forma mercurius Batto pollicetur taurum si boues ostenderet:allectus aucto munere rem indicat:qui in lapidem indicem 'a mercurio commutatus est.

Q uom ex Herculis æde patera aurea grauis surrepta esset: Sephocles in somnis uidit deum sæpe ipsi furem indicantem:quem igitur tandem in Areopagum nomen tem'q; detulisset comprehensus ille tortus'q; fassus est.

A lexander macedo matris aliquando epistolam legēs secretam:quom Ephestiō assidens ingenua simplicitate adlegeret:illum non prohibuit:sed postea admoto annulo illius ori quasi obstricta amici fide silendā obsignauit:

T ullius apud Diony.de suffetii proditione:multis ait consciis ne minimum quidem temporis taceri secretā innatum est hominibus:

R oma in cuius dei tutela esset ideo constat occultatum: neq; hostes simili modo agerēt:Q uod tacitum esse uelis:nemini dixeris: si tibi nō imposui quō ab aliis

silentium speras? ait Seneca. Oui. Eximia est uirtus pstare silentia rebus: At cō tra grauis est culpa: tacenda loqui. Arcana patrū cōsilia tot sęculis nemo senatorum enunciauit: pter Q. Max. Fabiū de.iii. punico bello indicendo: qui Crasso quem senatorem putabat: in itinere nunciauit: atq; a cōsulibus obiurgatus est.

Consum .i. consiliorum deum romani appellabant. templū q; illi sub tecto in Circo posuerunt ut ostēderent tectum debere secretum q; esse consilium.

Cor Bubonis impositū mãmę sinistrę mulieris dormiētis efficit ut oīa secreta mulier pmat. Democritus tradit siquis extrahat ranę uirētis linguā: nulla alia corporis parte adhærente: ipsa'q; demissa in aqua: imponat supra cordis palpitatiōem mulieri dormienti quæcunq; interrogauerit uera responsuram. Ex Pli.

Bacchanalia allata primo in ethruriam a gręco ignobili sacrificulo uate sacrorū'q; antistitetis enim initia primus aduexit: quæ paulatim a uiris mulieribus'q; celebrata sunt: additis religioni uini epularum'q; uoluptatibus ad animos alliciēdos Factū itaq; est & uini copia & noctis occasione ut mixti mares fœminis omnē pudorē deponerēt: cœptæ fieri oīs generis corruptelę: pmissa licentia uoluptatū quæ singulis gratę essent: stupra pmiscua ingenuo4 fœminarū'q; erant: falsi testes signa testimonia iudicia ex eadē officina pmebantur: itē cædes intestinę uenena: negata ēt cadaueribus sepultura: huius sceleris tabes romā penetrauit: ac mox ex magna parte ifecit: cœpta primo a mulieribus tm̄ celebrari statutis tribus tm̄ ad initiandū diebus: matronę sacerdotes creabant. Pacullā deinde: minīā: Esponā sacerdotē oīa tanq̄ a diis admonitā īmutasse hęc.n. pma filios initiauit minīū & Herēniū Cerrinos cāpanos: nocturnū'q; sacrū ex diurno fecisset & p tribus ī anno diebus quinos singulis mēsibus destinasse: atq; hinc factum ut uiri cū mulieribus initiarent: ac nihil flagitii p noctē relīqret inausum tā uirorū stupraq; mulierū fiebāt: qui minus pauēccs erāt p uictimis īmolabant: nā alligatos machinæ ex cōspectu ī abditos specus abiiciebāt: uiros ī iis ceu fanaticos uaticinari: matronas crinib9 passis baccha4 habitu cū ardētibus facibus decurrere ad tyberim: demissas'q; ī aquā faces qa uiuū sulphur cum calce inesset integrā flāmā afferre solitas: Post biēniū īstitutū ne qs.xx. annis maior initiaret. pdita sunt hęc scelera a Fecenia hispala Posthumio consuli qui auferenda curauit conspiratse in sacris supra septem millia suenta uirorum mulierum'q; capita cōiurationis fuisse M. Catanium in plebe. Ro. A. Faliscum. L. opiterniu m. & Minium Cerrinum campanum: factum'q; senatus cōsultum nequa aut romæ aut in Italia Bacchanalium uestigia extarent. Ex Liuio:



DE SPE

Ristoteles rogatus quid esset spes: uigilantis ait insomnium: Seneca ait spes est ultimum aduersarum rerum solatiū: repete exemplum in capite de liberalitate Alexandri.

lata est quæ in factis permittebat centum asses:reliquis autem diebus intra tri/cenes alias:alias denos:Post hanc Didia quę totius Italiæ luxus comprimebat: posthanc Licinia a Licinio Crasso lata:quę triecnos asses permittebat:uidelicet calendis nonis idibus ad cœnam/ cæteris diebus pondo tantum tria carnis a/ridę:salsamentorum pondo:quod ex terra:arbore:uiteue natum omne esset:li/cet alii dicant certis diebus contentos æris:nuptiis ducenos:cæteris diebus tri/cenos.Post hanc lex cornelia a Cornelio Sylla in festis,feriis,ludis triecnos se/stertios: cæteris diebus ternos: Aemilia gens ciborum modum'q; prędiniebat deide Antia qua cauebatur ut magistratus ad ceitas tātum psonas itaret. Dein Iulia a Iulio Cæsare lata.qua cauebatur ut festis diebus bis centum nūmi īpē/derentur:calendis:idibus:nonis:& aliis qbusdam festis diebus trecēti. Nuptiis uero repotiis'q;.i.die illo quo apud nouum maritū cœnatur potatur'q; mille.

Mortuum unguento perungere:Asini'q; caput nitro lauere:pro inanibus sumptibus prouerbialiter dicitur.

DE SAPIENTIA:



Afranius poeta sapientiam usus memoriæ'q; filiam uocauit: cōstat .n.scientia & exercitatione:Eius uersus sunt:usus me genuit : ma/ter peperit memoria : sophiam uocant me Graii : uos sapientiam: Socrates leontes'q; ponticus nullum hominem:sed solum deum dicebant esse sapientem.

Diogenes cynicus ad sapientiam alludens præconi inquit predica qui sibi dominum emere uult.

P ricle negoeiis intento Anaxagoram ferunt omni cura destitutum: decrepita iā ætate:spōte mortē fame sibi cōsciscere decreuisse:Eo nuncio pmotū piclem ad eum supplicem uenisse:omnes'q; preces lachrymis adiunxisse:non illius: s; sua potius gratia:siquidem talem in temp.socium consiliorum amitteret,Expiran/tem uero Anaxagoram dixisse ô Pericle & qui lucerna indigent infundūt oleū:

Hanno e pœnorum ducibus clarissimus primus hominum leonem manu tracta re ausus:ostendere'q; mansuefactum est:Damnatus'q; illo argumento: quoni/am nihil non persuasurus uir tam artificis ingenii uidebatur:& male credi liber tas ei cui cessisset in tantum etiam feritas.

A ppius Claudius nec publico nec priuato muneri defuit quamuis cæcus.C.Dru/si cæci domum compleri consultoribus solitam accepimus:quom quorum res esset sua ipsi non uidebant:cæcum adhibebant pueris nobis inquit: lib.y. Tu/scul.Cicero:

E udęmonidas audiens philosophum differentem quod solus sapiens est bonus imperator:sermo quidem ait admirandus est:sed qui loquitur nunquam tubæ sonitu fuit excitatus.

Aristippo postulanti a Dionysio pecuniam: quom ille diceret: dixisti non egere sapientem: da inquit ille: postea'q; de his quæramus. & quom accepisset uides nunc me non indigere.

DE SCVRRIS ET HISTRIONIBVS



Pertinax scurras turpissimorũ nominũ dedecora perferenteis proscripsit ac uendidit

Cephiliodorus ac Pantaleon scurræ discedentes e uita scorsum liberis pdiderũt: qua domus pre aurũ occuluissent: eos'q; decepere

Sertius Polensis festiuus histrio hoc sibi epithaphium poni iussit Viatores optumi uel aduenæ siue bini siue singuli inceditis: siue turmatim: quod magis erit gratiæ affirmate gressum: nec miremini si moram hi aliquantisper: Didaculus equidem fuit succinctus sermo dari uobis nõ potest ut iuuat uobiscum esse: ac ab ore meo pendulos detinere. ut uiuus semper. Saxũ hoc uos uocat: quid inquã ut uiuus assueui prudens: imprudens mortuus iterum uos fallo: nam non uos uocat quod uacat ore: uerum is quis cinis hic latet olim quomodo potuit? nunc huc uos uocari uoluit: ualuit'q;. Hæc olim sua uolũtas uolentis uos legere hoc scriptũ: Vah quid loquor Imo sculptũ: quàm ægre ueritas ad huc se mecum cõciliat: nam neq; hic attamentũ uel papyrus: sed malleolo & celte literatus silex silens: Q uid hic latet? qd ego efferri & effarri gestio. Sertius Polensis parasitus histrio uester festiuissimus hic cubo: hoc unum quidem tandem sponte dictũ uerum est. siquis dubitat hanc olfaciat humũ: olet temetum: & florem uini ueteris quo satur satis uiuẽs uixi. At si uexi uitã tam uobis gratam quàm notã urbi & orbi & nõ minus munus a uobis impetro oportet: Adeste mihi & fauete: edicto'q; huic uos subscribite & obsignate: siquis sibi uesicam onustam senserit domum suam onus hoc reportet I cloacam: si uero festinus fuerit citerior uel ulterior: hoc loco pro religione se euacuet. qui nõ paruerit hæc mulcta illi esto: teste altero careat. Canes quoq; cæsi fustibus edictum hoc sentiant: Assuistis: fauistis: & obsignastis: Video quàm uos risum daretis: sitio hui sentio dictum uolui esse. Q uid hoc est quod tam faciliter istuc procedit ueritas? profecto contagione mei sitit ipsa et mihi supparasitatur: quam ultro potum inuocata aduenit Nunc si urbani perhiberi uultis & ueritati supparasitãti & horrenti meo cineri cantaro piaculum uinarium festinato: Post ualete: abite in rem uestram uitores optumi his nugis truffis'q; meis condonati.

Histriones omneis Ciceronis tempore roscius antecelluit: qui nunquam discipulum potuit quem laudaret. inuenire & quo spectante impudẽtes erant qui agerent: ex Cicero. de ora.

DE SEVERITATE


Ato quom pedibus in sententiam isset ut Pompeius unicus consul crearetur: habenti illi gratias Pompeio respondit: Haud decere sibi gratias haberi: ob eum. n. nihil se dixisse sed ob remp.

Idē Cato quom cautū eēt ne iudicibus laudes tribuerent: uellet'que cōtra legē quā ipsemet Pōpeius tulerat laudarē iudices qui socerum Scipionē defendissent: aures manibus sibi obstruit: ac dixit nolle laudes præter leges audire:

Eidem faventi Lucullo cōtra Pompeium: Pompeius munatium misit: ut alteram e neptibus uel filiabus sibi Alterā filio matrimonio copularet: sed Cato iussit Munatium statim abire Pompeio'que narrare Catonem per mulieres capi nō posse: sed beneuolētiam eius sibi gratam esse: & si recta faciat amicitiam pollicere: quæ oī affinitate fidelior esset: obsides uero contra remp. nequaquam daturum.

Alexāder seuerus imp. quom quidā legatus uniones duos uxori eius p ipsum obtulisset pōderis magnitudinis'que imēsæ: uēdi eos iussit: & nō inueniēs pretiū: ne exēplū malū a regia nasceretur: si eo uteretur quod emi nō posset: in auribus ueneris eos dicauit

L. Cassius pretor quom nimia in sontes uteretur seueritate. eius tribunal reorum scopulus uocabatur.

Milites qui in clade cannēsi hostibus cedētes fugissent: In Sicilia relegati sūt: edictū'que ne in Italiā reportarentur donec aduersus Annibalē pugnarēt: marcello uero aduētāti procubuere: militiæ'que exercitatiōem exposcebāt: miseratus ille ad senatū scripsit. a quo post multa agitata decretū est romanis ad rēp. ignauis minime hominibus opus esse: marcello tamen si eorum uti opera uoluerit: licere at modo nullam uirtutis gratia coronam aut præmium assequerentur.

M. Clodium quia turpem cum Corsis pacem fecerat senatus ad illos remisit: sed ab hostibus non acceptum in publica custodia necari iussit.

Pescēnius niger imp. ob unius gallinacei rapinā decē cōmanipulōes qui de illo ab uno dūtaxat rapto comederāt: securi percuti iussit: fecisset'que nisi ab oī exercitu prope usque ad metū seditōis eēt rogatus: iussit tamē ut denorum gallinaceorum pretia redderēt prouintiali: addito eo ut tota expeditiōe: nemo ex illis focū faceret: neque coctū cibū sumeret: sed pane frigidis'que uescerentur appositis speculatoribus:

Alexander seuerus siquis de uia in alicuius possessionem deflexisset: pro qualitate loci: aut fustibus subiiciebatur in conspectu eius: aut uirgis aut cōdemnationi: aut (si hæc omnia transiret dignitas hominis) grauissimis contumeliis: dicens: uis ne hoc in agro tuo fieri quod alteri facis?

Socrati Athenis accusato quom lysias defensionem a se compositam recitasset: esset'que supplex ac demissa: prohibuit illum recitare: & emori potius uoluit: quam a constantiæ gradu discedere:

Chares orator quom in Photionis supercilium inuectus: multis risum cōcitasset: in eum Photion ait hoc supercilium nihil mœroris uspiam nobis o ciues tulit. At huius salibus & facetiis luctus est sæpenumero patriæ comparatus.

Catoni quom quispiam dixisset Eamus deambulatū: atque cato dixisset quid opus

fuit de? urbane ille:immo uero inquit quid opus fuit te?

P lato Xenocratem Calcedonium eius discipulũ uultu semper tristi: seruit utẽ q̃ penè oñdẽti sẽpe cõmonefaciebat ut gratiis sacra faceret.i.ut comitate uteretur.

I dem Xenocrates quom aliqñ amœnum aliquid facetumũe protulisset:alioqui semper rigidus tristis q̃ admirantibus condiscipulis:quid miramini inqt Plato Num inter carduos & urticas lilia plærun q̃ ac rosas enasci cernitis?

DE SPECVLO:



Ocrates Iuuenes hortabatur ut se in speculo intuerentur : ut siqdem formosi essent digni ea specie fierent : sin deformes: eam deformitatem eruditione tegerent.

Demosthenes semper ante speculum ceu ante magistrum causas est meditatus:Alcibiades dum tibias inflaret conspecta oris defor mitate ad speculum:tibias abiecit.

P lato ebriis iratis q̃ præcipiebat ut se ĩ speculo ita affectos intuerẽtur ut p oris deformitatem uitia fugerent:mutuatus h præceptore Socrate: sed ab utro q̃ mutuatus Seneca in lib.i.quæstionum est:q̃ specula ait inuenta esse : ut homo se nosceret:formosus ut uitaret infamiam:Deformis ut sciret remedium ẽe uirtutibus:iuuenis ut flore ætatis admoneretur illud tempus esse discẽdi. Senex ut in decora canos disponeret:& de mente aliquid cogitaret: inuenta aũt sunt specula ab Aesculapio Apollinis filio.authore Cicerone de nat.de.

F iebant autem specula ex argento:optima Brũdusina erãt:stagno & ære mixtis prælata sunt:argentea primus fecit Panteles magni pompeii ætate:Fiunt & ex uitro addito à tergo plumbo ut imagines recipiat reddat q̃:fiũt & ex Chalybe

DE STVLTITIA:



Raxilla poetria Sicyonia Adonidẽ ab inferis reuocatũ ait: Iterrogatũ q̃ qd apud ĩferos pulcherrimũ reliq̃rit rñdisse solẽ:cucumeres:mala:quod quoniã ineptum stultũ q̃ esset à sole ad cucumeres descendisse:in ꝓuerbiũ abiit:stupidiorẽ ẽe Adonide Praxillæ Agesilaus menecrati q iuppiter cognominabat ad eũ q̃ scripserat menecrates regi Agesilao fœlicitatẽ:rescripsit rex Agesilaus mene crati sanitatẽ.

S ocrates se admirari dicebat cur hi qui lapidea signa sculperẽt: summa ope niterentur ut lapis homini quam simillimus euadat: seipsos curare negligerent ne similes lapidibus & uideantur & sint.

T halasleglem circa indum amnem inueniri quæ ob id nomine alio potamantis appellatur:hac pota lymphari homines obseruantibus miraculis.pli.xxiiii.



DE SVPPLICVM RATIONE:

Alcidonius xenocrates quom aliqñ passer accipitri futurus prẽda in eius

sinum se recepisset:operuit fouit'qꝫ dicens non oportere supplicem prodere.

Gabinius a C.memmio accusatus quom damnandus sine controuersia uideretur eius filius ad accusatoris pedes prostratus:ab illo truci uultu repulsus est: iacere'qꝫ eum sic prostratum accusator passus est.tam crudele spectaculum miseratus laelius tribunus plebis:Gabinium iussit dimitti.

Sergius Galba a libone trib.ple:accusatus.paruulos filios cōmendari coepit.mota'qꝫ ad misericordiam concione absoluitur.

L.Piso a L.Claudio pulchro accusatus:eo tpe quo tristes de eo sententiae erāt ferendae:imber superuenit:prouolutus humi quom iudicum pedes osculaEretur os coeno foedauit:eo conspectu ex misericordia concitata absolutus est.

Nasicaa Alcinoi regis filia monet Vlyxem apud Hom.in ody:ut ad matrem eius eat:ad genua'qꝫ procumbens:manus deosculetur:Pli.li.xi. de genibus ad haec manus tenduntur:haec ut aras adorant:Inest & in aliis partibus religio. sicut dextra osculis auersa appetitur:in fide porrigitur.

Antiquis Graeciae in supplicando mentum attingere mos erat: scythae imolati bouis carnes minutim sectas coquebant:in tergore strato sedentes manibus i tergum reductis supplicabant pro uindicta:quicunqꝫ autem uellet opitulari carnium portione gustata:dextro'qꝫ pede tergori imposito pollicebatur auxilium.

Iliacis temporibus non supplicabatur thure:cedri tantum & citri fruticum combustorum nidore sacrificabant:ex Pli.xxiii.

Supplicantes oleae ramum uittis circūplexum ferebant:Vergil.yiii.Optime graiugenum cui me fortuna precari.Et uitta comptos uoluit praetendere ramos: Ob eam causam seruius inquit ut inerciā imbecillitatem'qꝫ offerentis ōnderet.

DE SAGITTARIIS.



Diogenes cynicus ut indoctū sagittariū taxaret:iuxta scopon cōsedit:rogatus uero causam ne me feriat inquit. Philoctetes apud Hom.sagittandi peritiss.in funeralibus Patrocli ludis teucer uinculum abrupit ad columbae pedes alligatum: merion uolantem columbam in aere sagitta affec utus confecit. Vergilius id mutuatus li.y.mnestheo tribuit.quae ille teucero: q̄ uero merioni ille tribuit Vergil.Eurytioni:Celebratur & Pandarus apud Homerum qui quom aliqn̄ nō occidisset quos uulnerauerat: si digresso inqt hinc mihi cōtingat reuisere patriā:penates uxorem:nisi hos arcus meis manibus cōfringam igni'qꝫ imponam:ptinus hostiū aliqs caput mihi detrūcet:Dyctis Vlyxem sagittatione celebrat:Domitianus oīa huius artis miracula excedit ut dicū est in capite Artem quam quisqꝫ:&in capite de exercitatione aliud exemplum.

Vltra fabam q̄ elephantes occidūt duo arcū tenent:alter neruū intēdit:sagittas'qꝫ serpentium ueneno tingunt:apud Hom.Vlyxis sagittae pharmaco tinctae erāt

A rcum sagittas'q; Scythen Iouis filium alii sagittam persen persei filiū inuenisse dicunt ait Pli: Solinus ait de Creta. Prima manum nauibus & sagittis posuit.
S cythæ eorum'q; exules Parthi sagittatione excellunt: Vologesus partho. rex Vespasiano quadraginta millia sagittariorum promisit.

DE SIMILITVDINE:



Ntiocho regi adeo usq; similis fuit unus ex æqualibus & ipse regiæ stirpis: ut laodice Antiochi uxor extincto eo in lectulo pinde atq; uirum ipsum collocauerit: Is q; admissum populum compellans: commendauit illi laodicem filios'q;. ex Valerio. sed Pli. lib. vii. uocat hunc Arteonem & 'e plebe hominem: mirum dictu q̄to pere à cæteris historicis ualerius dissentiat. Solinus Archenionē & 'e plebe Syriaca hominem uocat.
L entulus & metellus adeo similes histrionibus fuerunt Spinteri & Pamphilo: ut ille spinter: Hic Pamphilus sit cognominatus: Scipioni cuidam post Cneū cognomen salutio mimus dedit:
C ornelius Scipio serapiōi u ictimario simillimus: serapion & ipse cognominatus ē
P rocōsuli romano pquàm similis Siculus qdam fuit: Dicente uero pconsule se admodū mirari qd' pr̄ eius nunq̄ in prouincia fuisset: At meus inqt ille Romā frequenter accessit. Idem euenisse Augusto dictum est in capite de patientia.
V ibius Igenuæ stirpis & Publicius libertæ Pōpeio magno adeo sil'es ut ora eius in se cōuerterēt: q̄cūq; essent. Val. & Pli. Apd̄ Solinū salso p uibio Iubius legit.
Nicocles Sicyonius tyrānus Periādro Cypseli filio: Persa orontes Alemeoni Amphiarci: lacedæmonius quidam adolescens Hectori simillimus.
I udæus quidam quem esset perqu'am similis Alexandro Herodis filio illo extincto: fallendi spe Romam uenit cum gentili suo atq; suasore: assimulans surreptum fuisse 'a morte: prius tñ 'a ludęis increta degētibus multa acceperat dona quasi rex putatus: omnes igitur romæ uisendi studio circūfundebantur ingens'q; multitudo conueniebat: ut sella ēt illum portarent: sed Cæsar qui accusatum Alexandrum 'a pr̄e herode apud se bene nosset: adduci ad se ut pseudo Alexādrū cognosceret iubet: s; ladus q hoīem ad Cęsarē adduxit: remotis arbitris suę ipsi9 uitę pci rogat. nā ita rē fateret' authorē'q; pderet: Id q̄m fecisset Cęsar Pseudoalexandrū pp corpis hitudinē remigū numero ascruit: suasorē uero
A ndriscus qdam ultimæ sortis hō dubiū seruus an mercēnarius: qa similis esset Philippo macedoni: impiū inuasit Macedonū: sed uictus tādem 'a Iuuentio prætore Pseudophilippus in triumphum ductus est. Exemplum similitudinis in capite de callidítate: in dictione Torannius est: (morti destinat.
L: Planeus orator ob formæ similitudinem histrioni Rubrio cognomē imposuit Rursus Curioni patri Burbuleius: itē Messalę menogenes perinde histriones dicti. Surę qdem procōsulis etiam rictū in loquendo contractiorem: linguæ &

sermonis tumultū, nō imaginem modo piscator q̄dam in Sicilia reddidit: Cassio oratori celebri armentarii mirmillonis obiecta similitudo est. de torānii pueris. M. Antonio uenditis dictum est in cap. de calliditate.

A riarati Cappadocū regi adeo similis fuit barbarus q̄dam: ut post illū a M. Antonio occisum ad regnum aspirarit: sed is augusto pœnas pependit.

Hibreę oratori suus q̄dā adeo simillimus: ut germanū illi⁹ eē ab oībus creditū sit

Pompeii patri adeo similis fuit oculorum specie eius coquus Menogenes Strabo ut ex eo Strabo ipse etiam fuerit nuncupatus.

S imilitudinē prouerbialem dici lac lacti: aquam aquæ: ouum ouo: ficus fico: farina farinæ. ex plauto: Cicerone: persio: cæteris: Simiam hoī similem & nos eē uidemus: & Ennius ait: Simia quæ similis turpissima bestia nobis.

DE TYRANNIDE.



Lato decreto athenis ne Demetrii epię ad populū afferrent: quom mox atheniēses pœnitētia acti authores decreti in exiliū egissent: decreuissent q; oīa quę a Demetrio iuberent sancta apud deos: iusta q; apud hoīes esse: atq; q̄dam uir bonus. Stratoclē q ista decerneret delirare dixisset: Demochares Spartiata ad tyranni potētiā alludēs: Deliraret inquit stratocles: nisi hoc pacto deliraret.

T. Q uintius cōtra Philippum macedonem missus quom in colloquium ueniset: & philippus obsides postularet: quoniam apud romanos multi eēnt duces: ipse autem solus in macedonibus: optimo scommate illius tyrannidem taxans Q uintius: tu nempe ait te solū effecisti: quippe q̄ amicos & cognatos occidisti.

A tgeus lacon faciēs aliq̄n iter per Siciliæ selinūtem quom in sepulchro quodam hoc elegiacū legisset. Hoscc selinūtis q̄ū q; tyrānida mauors Extinxere, ferus perdidit in foribus. Iure periistis inquit. qui ardentem tyrānidem extinguere conati estis: nam permittendum potius fuit totam cremari.

T ricipitinus Lucretię pr̄ q a Tarquinius ēt dicebat ob solū tarq̄niorum nomē exosus

P ōpeius quem crus candida fascia alligasset: in eum tanq̄ (R oma pulsus ē. regni affectatorē fauonius inuectus: nō refert inquit qua in pte corporis diadema sit. Olim caligis quom non uterentur crura fascia alligabant.

A ntigono occiso occisores eius rerum potiti omni iniuriarum genere phrygios affecerūt: agricola uero quidam agellum fodiens rogatus quidnā faceret: ego suspirans inquit antigonum quærito.

D ionysius senior audiēs a filio uxorē nobilis syracusani stupratā cēs iratus ait: nūq̄ qd tale ab illo fcm̄ sciret: at ille tu inquit pr̄e tyrāno nō es natus: ego uero memini me tyrāni filium. is Dionysius senior. x. millia ciuiū interfecit: prodito fratre hostibus per inuidiam: matre quoq; anicula & iam uieta præfocata: filias tñ appellauit alteram temperantiam: alteram iustitiam. eius filius Dionysius apol-

Unis se filium nominauit.

Nabis lacedæmonioꝝ tyrānus firmato Argis ꝑsidio lacedęmonē īgressus:qm uiros ipse spoliasset:ad fœminas spoliādas uxorē argos remisit:ea nūc singulas illustres:nūc sił plures cōsanguinitate īterse iūctas domū accersendo blādiēdo'q ac minādo nō aurū mō illis:sed tādē uestes mūdum'q oēm muliebrē ademit.

Syracusanis oībus Dionysii tyrāni mortē appetētibus sola Himera mulier matutino tpe deos precabatur:ut incolumis sibi'q supstes esset: quod ubi resciuit Dionysius rogauit uetulam quid eēt in causa. Tum illa puella ait quom essem grauem'q tyrannum haberemus:occidere illum cupiebam:Eo mortuo aliquāto tetrior tyrannidem occupauit:Ei quoq mortem imprecata sum: Ex sententia euenit: Te illis longe deteriorem habemus: uerita itaq ne te absumpto deterrimus in locum tuum succenturiaretur: tibi salutem precor.

Timō alcibiadis mores malos stomachatus redeūti a cōcione illi āit Macte uirtute adolescēs authoritate tua potētiā auge. Magnā.n.huic reip.pniciē augebis.

Tyberius imp.cl sæuitia fœdissimus audita morte quā sibi accelerauerat Carnulius:Carnulius inqt me euasit:perinde atq diceret se eē ipsa nece deteriorem.

Idem ꝑcanti cuidā pœnæ maturitatē:respondit:non dum tecum in grām redii.

C.Caligula Valerio asiatico in conuiuio & in concione uoce clarissima qualis sCō cubitu esset uxor eius obiecit. Idem cherec tribuno militum signum petēti Priapum misit.

Apollonius Thyaneus quom ad Domitianum uenisset accusatus a quopiam:atq ante fores cum Damide socio expectaret:uideris mihi inquit o Dami arbitrari Aeacum ut in inferno dicunt has fores custodire:mortuo enim similis appares:Non mortuo inquit Damis sed morituro.

Timoleon Corinthius quom tyrannide fratrem persuadendo abducere non potuisset:operam nauauit iis qui illum interficerent.

Dionysii uxorem liberos'q stupratos ac demū interemptos ad extremū'q cinerē ex cadaueribus concrematis in mare de naui conspersum constat.

Agrigentini Phalaridis tyrannide liberati sanciuerunt neminem usurum eē uestibus ceruleis quoniam illius satellites eo colore usi essent.

Locrenses diu bello graui Leorphronis Rheginorū tyranni uexati: uouerunt si forent uictores die ueneris festo uirgines suas prostituerent:eo uoto intermisso quom aduersa cum Lucanis bella gererent: in concionem a Dionysio uocati sunt:ille eos hortatur:ut uxores filias'q suas quam possint ornatissimas mittant:ex quibus centum sorte ductæ uoto ueneris publico funguntur: religionis'q gratia uno ut essent in lupanari mense futuræ: omnibus ante iuratis uiris:ne quis ullam attaminaret quæ res ne uirginibus uoto ciuitatem soluentibus fraudi esset: decretum condiderunt ne qua uirgo nuberet priusquam maritis illæ traderentur.probato consilio ut superstitioni uirginum'q pudori consuleretur:certatim omnes fœminæ impēsius exornatæ in templum ueneris cū

ueniunt:sed has omnes Dionysius immissis militibus spoliat:

Q uom decem ciues qui in Herodem coniurauerant detecta coniuratione ab illo occisi essent:qui detexerat paulopost non modo occisus a quibusdam est: sed membratim dilaceratus canibus q; dilaniandus datus.

S curra quidam in Claudii tyrannidem alludens ait:in uno annulo bonos principes posse scribi atq; depingi.

T himocrates Dionysii tyranni sororis maritus ad Dionysium in Italia absentem de Dionis aduentu literas tabellario dederat:tabellarius uero quom rheginum agrum euasisset:Caulonam q; uenisset:in familiarem quempiam incidit: q nuq; per arietem cecidisse ferebatur: a quo suscepto carnis frusto iter approperat:magna uero noctis parte exacta fessus sub arborem iacuit:lupus uero secutus odorem alligatas saeculo carnes auferens literas una asportauit: caeterum tabellarius tyranni metu alio pergit

I n aegesta Siciliae oppido Aemilius censorinus delectabatur nouis tormentorum instrumentis:itaq; Arucius paterculus equum aeneum excogitauit: in quo supposito igne damnati morerentur:sed & ipse primus ex tyranni iussu expertus e ut perillus phalaridis aeneum taurum:ab eo q; aemilio qui saeua gerunt imperia: Aemilii nominantur ait Plutarchus in paraleliis ex Aristide:notabili (ut arbitror) mendo aemilii pro manlii: nam imperia manliana apud Romanos dicebantur a manlio capitolino qui imperium affectans coniectus in carcerem est: sed ne qua ex plebe quae omnis uestem habitum q; mutarat seditio oriretur e uinculis solutus est:nec sic quidem quieuit.sed ad deterius tendens, nulli magistratui obediens:accusatus, damnatus q; e saxo q; tarpeio unde ipse gallos deturbarat praecipitatus est. Obiter autem notandum dixisse Gellium Posthumiana imperia dici.mirum cur a Liuio dissentiat in rebus nostris:qui libro.y decadis i.ait.Filius ab Aulo posthumio qd occasione bene pugnandi captus: eius iniussu discesserit praesidio uictorem securi percussum tradunt:nec libet credere: nec licet:in uariis opinionibus argumento est quod imperia manliana non posthumiana appellata sunt:nam Plutarcho nominum latinorum utpote graeco homini non omnino conscio ignoscendum arbitror.

C learchus Heracleorum tyrannus dum seruos matronis per uim copulat: alios torquet:alios occidit:Iouis se quoq; filium mentitur:filio q; suo Ceranno idest fulmini uocato suadet:ut deos non mendacio tantum:uerum etiam nominibus illudat:sed tandem is confossus est a Chione & Leonide Platonis discipulis.

A ristotimus quom epirotarum urbem per tyrannidem occupasset:multos ex primoribus occidit:multos in exilium egit:sed postulantibus etolis per legatos ut coniuges liberos q; exulum redderet:proficiscendi ad suos omnibus mronis potestatem dedit: diem q; profectionis statuit:illae uero praeciosissima quae q; secum auferentes quom ad portam quasi uno agmine profecturae conuenissent:omnibus rebus spoliatae in carcerem coniiciuntur:occisis prius in gremiis matrum paruis infantulis:uirginibus q;

ad ſtuprũ direptis.ſed tãdem uirtute Helemati ſenis iuuẽtutẽ uix ĩ illũ impellẽtis occiſus eſt.Iuſt.xxyi.Plutar.uero in li.de mulierib.illuſtr. Elienſiũ tyrãnum eũ uocat: & occiſum conſilio Hellanici:mendũ puto eſſe in Iuſtino.Merito igit Chilon in epiſtola ad Periandrum Fœlicem eũ ait tyrannum cenſeo:cui in ſua domo abſq; ſanguine contigerit mori.Iuuen.ſine cæde & uulnere pauci Diſcedunt ueteres & ſicca morte tyranni.Ariſtoteles li.yii.Polit.admiratur qđ apud Sicyonios Orthagorę filiorum'q; tyrãnis ad centeſimum annum perdurauit.

Maſiniſſa rex quom quinquaginta filios haberet.mithridatũ populi'q; ro.amiciſſimus parũ fidei in hoĩum pectorib⁹ reponẽs ſalutẽ ſuã canũ cuſtodia uallabat

A lexandrũ pheræũ ſcriptũ legimus uxorẽ theben admodũ dilexiſſe:ad eã tñ ĩ cubiculũ ueniens:barbarum ſtygmatiam ſtricto gladio iubebat anteire:præmittebat'q; de ſtipatoribus ſuis qui ſcrutarentur arculas muliebres. & ne qđ in ueſtimentis telum occultaret diligenter exquirerẽt:nec eũ feſellit opinio:ab ea:n. ipſe ob pellicatus ſuſpitionem interemptus eſt.

D ionyſius tyrannus cultros metuẽs tonſorios candẽte carbone ſibi adurebat capillum.uide in capite de timore:

C õmodus impator capillo ſemp fuit fucato,auri'q; irradiamentis illuminato: comã & barbam timore tonſoris adurens.corpus tamen eius ut unco traheretur atq; in tyberim mitteretur:ſenatus populus'q; romanus poſtulauit.

T hales philoſophus rogatus quid difficile unq̃ uidiſſet:tyrãnũ inqt ſenem:

N ero Roma fugiens in liberti Phaontis uillam quom ueniſſet:aquam ex ſubiecta lacuna potaturus hauſit.Et hæc eſt inquit Neronis decocta.(nam aquam decoquere iſ inuenerat).

T yrannus theſeus omnium primus fuit Athenis:poſt hunc Phalaris Agrigenti. Ante Dionyſium fuere Piſiſtratus:Phalaris & Apollodorus.prꝫter dictos Theageres Megaris:Phidon Argis:Panetius in Leontinis.Cypſelus Corinis Periander'q; eius filius:Item Hiero:Gelo:Aratus:Nicocles Sicyonius:Buſiris ægyptius:Diomedes Thrax.Hippias piſiſtrati filius:ex his Perander primus armatus circũſeptus inceſſit:Itẽ Spãmatichus:Clearchus & iã dicti Phalaris:Dionyſii duo:Archelaus macedonũ tyrãnus exPlat.yi.& megapẽtes lacydi tyrãnus:

C aſſius tãto ſuopte ingenio odio tyrãnos inſectabat.ut puer adhuc quom ad eũdẽ ꝓceptorem cum Fauſto Syllæ filio accederet:ille'q; inter pueros patris monarchiam laudaret:inſurgens Caſſius colaphum illi inflixit: quam rẽ uolẽtibus procuratoribus neceſſariis'q; Fauſti deferri decerni'q; iudicio:inhibuit Põpeius pueros'q; unã cõiungẽs erat iudicaturus:quom Caſſius Eia inqt Fauſte aude corã hoc ꝓferre ſermonem illum quo irritatus fui:ut os tibi iterum effringam.

H elicon Cyzicenus unus ex platonis æqualibus quem ſolis eclypſim prædixiſſet:eueniſſet'q; ſicuti erat effatus:ã iuniore Dionyſio talento donatus eſt: Tum Ariſtippus ad alios philoſophos conuerſus per iocum ait.Ego quoq; mirabile inquit habeo quod prædicam:quibus ut ꝓferret obſeruãtibus:Prædico igit ait

Platonem atq; Dionysium breui tempore inimicos fore.

A rchelaus Perdicę filius ex ancilla Alceti patrui.tyrānidē macedoniæ p dolos nā ctus est:is.n. patruū Alcetam accersitū ad se quasi regnū qđ Perdicas abstulerat redditurus:cōuiuio uino'q; grauatū ipm & filiū illius Alexādrū cōiectos in plaustrū:nocte'q; asportatos trucidauit:Fratrem'q; ex perdica legitimo matrimonio ortū filiū in puteo pręcipitē adhuc septēnem dedit: Cleopatræ'q; matri asseruit puerum dū anserem psequeref:in puteū cecidisse:ex Platonis Gorgia.

B ias rogatus quodnam esset ex animalibus perniciosissimum:siluestriū inqt tyrannus:domesticorum adulator.

DE TIMORE.



ionysius tyrannus.xxv.annos natus tyrānidem occupauit Syracusarū:in qua.xxxviii.annis tyrannus fuit:tondi a filiabus uoluit non tum adultis:post adultas candentium iuglandiū putaminibus capillos barbam'q; adurebat:quem'q; duas haberet uxores Aristomachē ciuem suam & Doridem locrensem: sic ad eas uentitabat:ut antea omnia eēnt perquisita:Cubicularem lectum fossa lata circundedit quam coniunxerat ponte ligneo:quem clausis cubiculi foribus detorquebat:Idem'q; communibus suggestis non se credens:concionari ē turri alta solebat:fuit autem hic maior Dionysius.

Q uidam adeo usq; timore concutiebatur ut audita Herculis fortitudine atq; fama in specum se abdiderit:Deinde transeuntem forte illa Herculem quem respexisset:timore correptus moritur.

Cassander tanto timebat Alexandrum magnum opere:ut quom post illius mortem græcia capta:macedoniæ imperitaret:Delphos'q; uenisset. statuas ibi contemplans, Alexandri imagini occurrit:Eius aspectu tanto terrore concussus pculsus'q; est:ut diu mentis illa trepidatio sedari non potuerit.

P isander qdam adeo timidus fuit ut anxius eēt ne suam ipsius aīam alicubi uideret:q; eū uiuū reliquisset. Dolon apud Home. lapsus in insidias Vlyxis Diomedis'q; adeo expauit:ut dētes crepitarēt:os titubaret:lingua cōfusos sonos ederet

R omanos tantus terror nouæ gētis Germanicæ inuasit:ut testamēta passim scriberentur in castris:

A rtemonē Fabrū adeo timidum fuisse:ut qdiu uixerit duo serui supra caput eius æneū scutū tenerētne qd in eū desup caderet:qđ si casu cōtigerit egredi: lectica tecto adoperta circūlatum ferri solitum:ob hoc Periphoretum cognominatū.

V ibius Crispus in eum qui loricatus in foro ambulabat:prætendebat'q; id metu facere:quis tibi ait sic timere permisit?

Cicero de Pompeio Cæsare'q; dicebat quē fugiam habeo:quē sequar nō habeo.

A ugusto quispiam timidus tremēs'q; qppiā offerebat: modo'q; manū pferebat modo referebat:tū Augustus putas inquit te elephanto assem dare?

Molpadia Parthenia'q; Rheæ sorores Chrysothei filię: uini amphorā custodiētes paulo ante reperti: sōno solutæ sunt: interea sus domū ingressa uini amphoram fregit: sed illæ patris irā ueritæ in mare sese pręcipites dedere.

Diogenes cynicus dicente illi Alexandro macedone: num me times? quid. n. inqt es bonus an malus? dicente illo bonus: quis ait bonum timet?

C n. Carbo iussu Pompeii ad supplicium ductus: flebiliter a militibus petiit: ut sibi aluum leuare ante obitū liceret: ut lucis usu diutius frueretur: eo usq; morā trahens: donec caput eius sordido in loco sedentis absinderetur.

L. Quintius cincinnatus dictator L. Minutium cōsulatum deponere coegit: qꝫ castra eius hostes obsederant.

L. Calphurnius consul ticiū equum prefectum in bello cōtra fugitiuos: qꝫ circūuentus arma hosti tradidisset: cum toga laciniis abscissis amictū discinctā'q; tunica indutū nudis pedibus tota die ad principia per cē ips militiæ adesse iussit indictū'q; cōuictu hoīum balnearū'q; usu. Catilina apud Salustiū semp in ꝑlio iis est maximū piculum q maxime timent: audacia pro muro habetur. ait.

Papyrius cursor Prænestinum ꝑtorem qui ob timorem ex subsidiis segnius suos duxerat in primam aciē deambulans ante tabernaculum uocari ad se iussit: tāq; obtrūcādum: iussit igitur lictorem securim expedire: Ad quā uocē exanimi sta te prænestino: Age dum lictor ait excide radicem hāc incōmodo ambulātibus futurā: persusum'q; ultimo supplicii metu mulcta dicta dimisit.

Clitus qdam Iudæus Iosippi iram primeścēs q ambas manus illi ꝑcidendas iurauerat: orauit ut unā saltem ipse pcideret: cōcedente Iosippo sinistrā sibi abscidit.

Timidissimi Rhegini: item Epeus quidam: Epatici solent formidare.

DE TVRPITVDINE SEV MAVIS DEFORMITATE



Corytheus fuit præter uecordiam adeo deformis ut uulgo iactatum sit Corytheo deformior.

Galba quem esset ingenio optimus: eloquētia'q; clarus: forma tā admodum turpi male audiebat: cū ab aliis: tum a M. Lælio. Ait n. urbane Galbæ ingenium male habitare.

L. Lælius lamia deformis senex'q; quem Crassum interpellasset dixisset'q; Crassus audiamus pulchellum puerum: tum ille quom respondisset non potui mihi formam fingere: ingenium potui. Crassus audiamus ergo inqt disertum: ex Cicer. de ora. Alibi Helium legi non Lælium.

C. Iulius: Helmio sciscitāti crebro'q; istāti qlis sibi uideretur ut diceret: imaginē galli i scuto cibrico positā digito īdicauit: crassus orator testi idē rñdit apd Pli. xxxv.

Mercator apud Plautum in Asinaria quem a libano sciscitaretur: cuius formę eēt saurea atriensis quem quęrebat: urbane libanus macilentis malis: rufulus: aliquantulum uentriosus: truculentis oculis: commoda statura: tristi fronte.

Turpitudine notus Philopomenes de quo supra:

Martialis in Thelesinam turpem.

V na nocte quater possum:sed quatuor annis Si possum pereā te thelesina semel

DE TESTIBVS:



Vom Silus testis in Pisonem esset pductus iniuriarum in socios illataꝝ accusatū:illūq̧ læsisset:adesset q̧ Crassus. Pōt fieri inquit Crassus sile ut is quē te audisse dicis iratus dixerit? Annuit silus. Pōt esse ut tu non recte intellexeris? Id quoq̧ toto capite annuit: Pōt ēt fieri inqt ut oīno qđ te audisse dicis: nunquam audieris?

Q uom apud Atheniēses quidam sancte grauiterq̧ uixisset: & testimoniū dixisset publice:& ut mos est græcoꝝ iurādi causa ad aras accederet: una uoce omnes iudices:ne is iuraret proclamasse aiunt: Cicero in oratione p L:Cornelio Balbo:Id xenocrati apud Athenienses remissum legimus.

E x Iouis tabulis testis apđ grǽcos dicebať p certo idubitabiliq̧:itē Atticus testis

T estis falsus q deprǽhenderetť apud Indos extremis decurtabať:Apud Ro.e saxo tarpeio deturbabatur.testimonium ueritati non amicitiæ reddes ait Seneca:

Moses sanxit ne uni testi crederetť:sed tribus aut ultimū duob9: quoꝝ testimoniū ueꝝ faciat uita prior:Mulierū aūt testimoniū pp leuitatē nequaq̄ recipiēdum: Claudius uero testem fœminā induxit in senatū quod cōtra leges fcm̄ est: nisi maiestas esset diminuta quod in Fuluia Catilinæ indice est factum. Paulus uero li.xxii.dige.ait mulieres posse dicere testimonium in iudicio. Diuus Hadrianus rescripsit Iunio Rufino proconsuli Macedoniæ testibus se non testimonis crediturum ait.Calist.li.xxii.dig.Idem ēt ait testem idoneum prēm filios aut filium patri non esse.Pompo.nullum idoneū testē in re sua. Vlpia.ait duos testes ubi numerus testium nō adiiciť satis esse. Sceuola ait testimonium dicere nō cogi senes:ualetudinarios:milites uel quibus uenire non licet.Paulus ait: inuitum nō posse cogi ad testimonium aduersus socerum,generum,uitricū,priuignū,sobrinū,sobrinā,sobrino,sobrinaue natum.

DE TESTAMENTIS:



Ilitis cuiusdam pater accepto falso de filii morte nuncio aliis hæredibus scriptis decessit Peractis stipendiis adolescens domū rediit quam patris errore clausam reperit.

T estōꝝ apud ueteres tria erāt genera unū:qđ calatis comitiis i cōciōe ppli fiebat:Alterū i pcinctu q̄m uiri ad pliū cōmittēdū in aciē uocabātur.tertiū p familiæ emācipatōem cui æs & libra adhibebatur:nā in ab aliēatōe Nexus solēnitas adhibebať:Nexus uero fiebat adhibitis nō minus qnq̧

testibus Ro.ciuibus puberibus & preterea alio eiusdem cōditionis q librā æneā teneat:q libripēs dicebaf.q.n.mācipiū accipet æs tenēs dicebat.Hūc ego hoiē q mihi emptus hoc ęre ænea'q libra & iure qritū meū esse aio:Deinde ęre percutiebat librā:Id'q æris ei dabat 'a quo mancipiū accipiebat quasi loco pcii: Eadē solēnitas dabaf in liberorū emācipatione:q in mācipatiōe emptiōe'q q p æs librarn'q dicebaf:Oīs preterea hęreditas Assis appellatiōe cōtinebaf: sicut oīs dimēsio ex assis diuisione cōstat fieri:ut as ipm p oī qtitate acciperetur:unde Cęsar instituit hęredes.C.Octauiū ex Dodrante L.Pinariū & Q .Pediū ex quadrante:Reliquosin ima cæra Deciū Brutū ēt in secūdis hæredibus: ex Tranq. illud Ciceronis de legibus nō placuit præterire:qn ēt ait cauent: ut cui plus legatū sit:qu'am sine religiōe cape liceat:is p æs & librā hæredē testi soluat:ppea qd' eo loco res est ita soluta hęreditate:quasi ea pecunia legata non esset.

Iustinianus li.vii.tale quoddā ēt tūc apd' clarissimū Bithynię puintiæ iudicē gestū fuēimus i testō offensus testiū fallitate pessimā apte cōuictoꝝ & nouissime cōfessorum: quia quom testm̄ fieret: & fuisset defuncta testatrix:eius iam mortuæ qdā tenētes manū ita p chartā uirgā factā & ex latere ductā traxerūt:& signum uenerabilis crucis uideri scripsisse defunctam pparauerunt.

DE TEMPORE:



Ereconctanti an lampsaceni mōtes aliqn̄ mare futuri essent: Anaxagorā rn̄disse aiunt:ita sane nisi tp̄s defecerit.thales sapiētissimū esse dicebat:tempus qd' omnia inueniret.

Tpe uti seruire'q scænæ uti'q foro ut dr̄ oportet. Biblis ouidiana cum quē ad frēm Caunū cum amatoriis lr̄is miserat non idonea legit ipa ait. Gothorū regem theodoricū indulgentissimū fuisse quem alea uicisset:Vespasianū aditu facilē q̄m in balneū triclinium'q accessisset.

Tempore oīa consumi:quapropter saturnū qui pro tpe interpretaf uoracē famelicū'q fuisse aiunt:& sub eo ortos uoraces fere mathematici dicant. Tp̄s edax rerū tu'q inuidiosa uetustas:Oīa destruitis uiciata'q dētibus ęui.Paulatim lōga cōsumitis oīa morte.ait Ouid.Hor.Fugit retro leuis iuuentas:& decor: arida Pellente lasciuos amores Canicie facilem'q somnum.Non semper idē floribus est honor Vernis:neq uno luna rubens nitet uultu.

DE TONSORIBVS:



Vom aliqn̄ in tonstrina sermo de Dionysio incidisset:diceretur'q tyrānidē illius eē ppe inexpugnabilē:tonsor ut illorū est mos loqx ridēs:hęccine iqt loq uos de Dionysio:i cuius iugulo ego subinde teneo nouaculā:'id ubi Dionysio nūciatū est tonsorem in crucem sustulit.Theophrastus tonstrinam ebrietatem sine uino uoc

cabat. quia omnia ceu ebrii effunderent tonsores:

Festium Martialis epigramma in Antiochum tonsorem

